¶Oꝛ si necessarium fuerit in curatione scroffularum vti ferro oportet tunc vt sit administratio eius in scroffulis vicinātibus venis plurib⁹ ꝛ venis pulsatilib⁹ ꝛ neruis cuz cautela ꝛ defensione.Homo.n.quidam errauit cuz perforaret quasdam scroffulas ꝛ obuiauit ramo neruorum reuersiuoꝝ.quare destructa est vox: ꝛ iam accidit vt non inueniret neruum sed detegeret eum frigori:quare corrupta est complexio eius ꝛ destructa est eius operatio vsqꝫquo redit ad ipsuz eius complexio cum calefactione. ꝛ fortasse errauit ꝛ inuenit alguidegi. ꝛ deterioꝛ alguidegi in hoc est illa que ē ꝓfundioꝛ. quapropter cum excoriatur ex latere saluo oz vt sumantur scroffule et destruatur quod resīduum est cuz medicamine acuto et non perueniat lateri lesio.

¶In qua parte postquam posuit curam scroffularum cuz medicinis facientibus deliteſcere scroffulas non erumpendo cutim hic cum aliquando non sufficiant medicie ille in curatione scroffularum:sed oportet erumpere eas ꝛ extrahere ipsas sicut extrabuntur nodi ponit quoddaz regimē circa curationē earū cuz ferro.Dicit g̃ q; si necessarium fuerit in curatione scroffularū ꝛc̄. vt qꝛ non resoluā tur per medicinas:tunc administratio eius ꝛc̄. Et obuiauit

ramo neruoꝝ reuersiuoꝝ.ſ.cum ſua inciſiõe:vt qꝛ incidit eum. Neruus reuersiu⁹ eſt qdam neruus qui coadiuuat ad vocẽ.Et iã accidit.ſ.alia vice vt nõ ĩueniret neruũ.i.vt non incideret nerũ:ſed detegeret eum frigoꝛi ꝛc̃.Et foꝛtaſſe errauit.ſ.alia vice ꝛ inuenit.i.incidit alguidegi.i.aliquaꝫ venarũ oꝛganicaꝝ.ꝛ deteriꝰ alguidegi in hoc.i.ad inciſionẽ eſt illa q̃ eſt ꝑfundioꝛ.i.ex ea ſequunt̃ peioꝛa accidentia.Quapꝛopter cũ excoꝛiant̃ ſcroffule ex latere ſaluo.ideſt ex latere vbi nõ timem⁹ iciſiõeꝫ nerui ꝛ artarie. ꝛ hoc põt eſſe ex duobus.vel qꝛ id tale nõ eſt neruoſum ꝛ venoſum.vel ſi ſit tñ ſcroffula nõ eſt intricata in illis neruis ꝛ venis:ĩmo eſt pẽdẽs ꝛ euulſa ab illis venis ꝛ neruis ad exterioꝛa.opꝫ vt ſumant̃.ideſt vt extrahant̃ ſcroffule ꝛ ꝺſtruat̃ qꝺ reſiduũ ẽ cũ medicamĩe acuto vt ſi qd remãſerit de ea vel dato qꝺ nihil remãſerit de ea.tñ remanſerit kiſtis. qꝛ niſi exꝺeret̃ kiſtis rediret.Et nõ puẽiat lateri leſio.ℏ eſt ꝛ qñ extrabis ſcroffulaꝫ extrahas ſicvt nõ perueniat leſio lateri in quo ſunt vene ꝛ nerui: ita vt ĩcidat̃ aliquod illoꝝ.ꝛ hoc eſt quod vult dicere Auicen.in hac parte. ¶ Tunc intellige vlterius qꝺ Auicen. hic parum tetigit de inciſiõe ſcroffularũ cũ ferro ꝛ nõ poſuit modũ inciſionis ipſarũ.ꝛ hoc ideo qꝛ id ꝑſupponit ex capꝫo nodoꝛũ. quia eadem eſt cura quaſi vtriuſqꝫ ꝛ idꝫ modus inciſionis cũ ferro.Et ideo Auicen.ſoluꝫ rememoꝛauit hic illud qꝺ opꝫ cauere in inciſione. Et ſi tu vis etiã cõpletioꝛem ꝛ planioꝛeꝫ curam earũ per inciſioneꝫ quã ponat Auicẽna lege in Albucaſi ſcꝺo capꝫo de inciſiõe ſcroffularũ q̃ accidunt in collo. Intellige tñ vlterius qꝺ nõ ſolum ſcroffule poſſunt curari extrabẽdo per inciſionẽ cuꝫ ferro. ſed etiã poſſunt extrabi ſine inciſiõe.ſ.cum medicinis cauſticis q̃ ꝑmo rumpunt cutim. ꝛ poſtea cuꝫ pluribꝰ coꝛroſiuis que coꝛrodent ſcroffulas. ꝛ talis cum medicinis eſt melioꝛ in quibuſdã q̃ extractio per inciſionẽ. nã ſunt quidaꝫ boies qui valde abhoꝛrent ferruꝫ ꝛ in talibꝰ opꝫ extrahere cum iſtis medicinis. Iterũ etiaꝫ ꝛ quãdo ſcroffula eſt in membꝛo neruoſo ꝛ intricata in neruis ꝛ venis melius eſt tunc extrahere cum medicinis cauſticis ꝛ pulueribus coꝛroſiuis lenibus q̃ ꝑ inciſionem cum ferro.ꝛ hec dicta ſufficiant circa ſcroffulas ꝛc̃.

¶ De apoſtematibus duris. CAP. XI.

APoſtema durum nominatuꝫ ſephyros qꝺ puruꝫ eſt:eſt illud cui nõ aſſociatur ſenſus neqꝫ doloꝛ:ꝛ ſi remanet cum eo ſenſus ꝛ doloꝛ paruus: tunc non eſt ſephyros purum:ꝛ purum quidem ꝛ non purum cum quo eſt ſenſus quidaꝫ eſt priuans doloꝛem.

¶ Superius Auicen.determinauit de apoſtematibꝰ frigidis flegmaticis.hic determinat de apoſtematibꝰ frigidis melancolicis. Apoſtema aũt melancolica ſunt duplicia. q̃dam fiunt a mã melãcolica nõ aduſta vt ſephyros. quedam aũt a materia melãcolica aduſta vt cancer. ℙrimo ergo determinat de ſephyros.ſcꝺo de cancro.zª ibi(Cancer eſt apoſtema) ℙrima in duas. ꝑmo determinat de ſephyros.ſcꝺo determinat de qbuſdã moꝛbis qui reducuntur ad ſephyros.ſcꝺa ibi(Qñqꝫ accidit in iuncturis) ℙrima in duas.ꝑmo determiat de ſephyros theoꝛice.ſecũdo practice.ſcꝺa ibi.(Opꝫ vt de iſtis apoſtematibꝰ) ℙrima pars diuidit̃ in partes tres. In ꝑma parte ponit diſtictionem huius apoſtematis in ſuas ſpẽs ꝛ cauſas ipſiꝰ ꝛ ſigna. in ſcꝺa parte ponit modũ inceptionis ꝛ generatiõis ipſiꝰ. in tertia parte.qꝛ ſephyros aliqñ permutat̃ in aliã egritudineꝫ oſtẽdit modũ ꝑmutatiõis ipſius ꝛ in quã egritudinem maxĩe ꝑmutat̃.ſcꝺa ibi.(Et oẽ ſephyros aut incipit apparere) tertia ibi(Et qñqꝫ cãcerat̃ ſephyros) ℙrima pars adhuc diuidit̃ in partes tres.ꝑmo ponit quandã diſtinctionẽ ipſiꝰ ſephyros in ſuas ſpẽs. ꝛ ponit ẽt ſigna diſtinguẽtia inter illas ſpẽs.ſcꝺo ponit cauſas ipſius ſephyros.tertio reuertit̃ ad ponẽdũ quedã ſigna ipſius.ꝛ ponit etiã quãdã diſtinctionẽ ipſius q̃ comprehendit̃ ſub ꝑma. ſcꝺa ibi(Et ſephyros aut) tertia ibi(Et puri coloꝛ qdeꝫ) In ꝑma parte Auicen.intendit iſtam diuiſionẽ qꝺ apoſtema durum nominatũ ſephyros quoddã eſt purũ ꝛ quoddam eſt non puruꝫ. ꝛ iſta duo differunt in ſignis:ꝛ conueniunt in ſignis.differunt in ſignis. qꝛ id qꝺ eſt purum nõ ſentit ſi tangatur nec dolet etiã.ꝛ cum illo autem qꝺ non eſt purum eſt quidaꝫ ſenſus.quia ſi tangit̃ ſentit id quod tangit.ꝛ etiaꝫ eſt quidam doloꝛ. Cõueniunt aũt illa ambo in ſignis.quia purum ꝛ nõ purum cum quo quidã ſenſus eſt ꝑuans doloꝛeꝫ.i.ambo ſunt ſine doloꝛe.ꝛ hoc intẽdit Auicenna in hac parte.

Sed circa ſua dicta eſt dubitatio. ꝑmo qꝛ dicit Auicen.qꝺ cũ illo qꝺ nõ eſt purũ eſt quidã ſenſus ꝛ doloꝛ.Sed tu dices.id non videt̃.quia tunc ſephyros nõ puruꝫ non differret a cancro. qꝛ in quodam cancro eſt paruus doloꝛ ꝛ paruus ſenſus. dicit enim Auicen.capitulo de cancro qꝺ cancer alius eſt vehemẽtis doloꝛis ꝛ alius parui doloꝛis ꝛ quietus.Si ergo eſt qdam cancer cum quo eſt paruus doloꝛ ꝛ ſenſus: tunc ſephyros non purum cum quo eſt paruus doloꝛ ꝛ ſenſus erit idem cum tali cancro.ꝛ per conſequẽs etiam non differt ſephyros canceratus ꝛ nõ canceratus. ſed hoc eſt falſuꝫ. ergo ꝛ falſum eſt qꝺ dicit Auicenna. ¶ Iteruꝫ de eo quod dicit Auicenna dubitatur poſtea.quia dicit qꝺ purum ꝛ nõ purum priuant doloꝛem.ꝛ nunc immediate dixit qꝺ cuꝫ nõ puro eſt quidam doloꝛ.videtur ergo contradictio in verbis ſuis. ¶ Ad euidentiam ſolutionis iſtoꝝ nota quãdam diſtinctionem.quia ſephyros aut eſt purum aut nõ purum.ſi eſt purum tunc id non ſentit nec tactum cũ ferro: immo ſi percuteretur foꝛtiter ſuper ipſum non ſentiret. Ego enim vidi ſemel in bꝛachio cuiuſdam qꝺ nullo modo ſentiebat:immo ſi aliquis percutiebat ipſum foꝛtiter cum pugillo plus dolebat patiens q̃ recipiens:immo recipiens quaſi nullo modo dolebat. Et id ſephyros non habet curam niſi abſcindẽdo totum cum ferro vel medicina. ¶ Si autem ſephyros eſt non purum: tunc poteſt eſſe dupliciter.quia aut non eſt cancroſum aut eſt cancroſum.Si non eſt cancroſum:tunc id ſentit ſi tangat̃.ꝛ hoc intellige ſi ſit in membꝛo ſenſibili ꝛ non inſenſibili ſicut eſt ligamentum. ſed non dolet ex ſe. quia non habet pulſationeꝫ ꝛ punctiones.ſed ſi foꝛtiter tangeretur: vt ſi foꝛtiter percuteretur bene doleret. Cum iſto ergo ſephyros eſt ſenſus ſi tangatur ꝛ doloꝛ non per ſe:ſed ſi foꝛtiter compꝛimatur ꝛ id eſt ſephyros quod recipit curam cum medicinis.Et de tali ſephyros non puro Auicenna intelligit in iſta parte.Si autem ſephyros non purum eſt cancroſum ſentit ꝛ dolet ſiue tangatur ſiue non tangatur.qꝛ habet punctionem ꝛ pulſationem. ꝛ dato quod non tangatur:ꝛ id ſephyros regitur cura cancri. ꝛ talis ſephyros extrabitur ex illa parte Auicen. cum dicit. Et quandoqꝫ canceratur ſephyros ꝛc̃. ℙer iſtam ergo diſtinctionem apparet quomodo differt ſephyros purum a non puro. Et quomodo etiam ſephyros non purum a cancro differat. ¶ Tunc ergo reſpondeo ad id quod tu obycis. quia dicis tu:Auicẽna dicit qꝺ cum ſephyros non puro eſt quidam doloꝛ ꝛ ſenſus.Et ſiꝫr ẽt cum cancro eſt qdã doloꝛ ꝛ ſenſus.g̃ tunc vnũ nõ differt ab alio. Dico qꝺ alio mõ cuꝫ ſephyros nõ puro eſt ſenſus ꝛ doloꝛ.ꝛ alio modo cũ cãcro

quia in sephyros non puro est sensus ⁊ dolor non per se. qz non sunt ibi punctiones sed si tangatur. in cancro autem est dolor siue tangatur siue non tangatur. sed in vno cancro est paruus dolor ⁊ in alio magnus: vt postea dicet Auicē. Sic ergo alio mō est hic. ⁊ alio mō est ibi. ¶ Ad id qđ obycis dicendū est ꝙ qñ Auic. dicit ꝑmo ꝙ cū sephyros nō puro est qdaz dolor ⁊ sensus: intelligit: vt dictū est ꝙ est ibi dolor si fortiter cōprimat̄. Sed qñ postea dicit qđ purū ⁊ etiā nō purū cū quo est qdam sensus ꝑuant dolorez: itelligit tūc ꝙ nō purū est sine dolore. qz ex se nō facit dolorē in mēbro sicut cancer. vñ cancer nō solū nō priuat dolorez: sed ēt facit ⁊ est cā ipsi⁹. sed sephyros nō puꝝ nō facit dolorē. ⁊ tñ non est causa ꝑuandi ipm. ⁊ iō sephyros nō purū pōt dici cū dolore ⁊ sine dolore. est cū dolore qz nō ꝑuat membruz sensū. ⁊ iō si fortiter ꝑmat̄ dolet. ⁊ h̄ mō intelligit Auic. cū dicit ꝙ est alicui⁹ doloris. qz nō priuat sensum sic̄ sephyros purū. Sed alio mō est sine dolore. qz nō est cā faciēdi dolorez sicut cancer. ⁊ ideo ex se nō dolet. Et isto scđo modo intelligit Auicē. cum dicit ꝙ est priuans dolorē. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et sephyros aut fit a melia feculenta sola radicali ⁊ color eius est cineritius: aut melia cōmixta cum flegmate ⁊ color eius est declinis ad colorem corporis: aut ex flegmate solo qđ iam induratum fuit.

¶ In qua ꝑte Auicē. ponit causas ipsi⁹ sephyros ⁊ dicit. Et sephyros aut fit ex melia feculēta sola radicali ⁊ color ei⁹ est cineriti⁹ eo ꝙ talis est color melie pure. aut. s. fit sephyros ex melia permixta cū flegmate ⁊ color ei⁹ est decliuis ad colorē corporis. ⁊ hoc est rōne flegmatis cui⁹ est color sic̄ color corporis. aut. s. fit sephyros ex flegmate solo qđ iam induratū fuit supple ⁊ cōuersuz in māz melie. ⁊ istius color approꝑinquat magis colori corporis q̄ aliqđ aliud. Et intellige hic ꝙ Auicē. maxie ponit causas sephyros ꝙ fit incipiēdo. sz cām ipsius ꝙ fit cōuertendo ex flegmone aut ex berisipilla hic non tangit. sed cā illi⁹ dat̄ intelligi ꝑ id qđ dicit ibi Auic. Et oē sephyros ⁊c. qz cā illius est sanguis grossus melicus. Nam id sephyros nō fit nisi vel qz humores calidi subtiles resoluti sunt ⁊ grossi remāserūt. vel ꝓpter nimiā repcussionē que idurauit ⁊ iculcauit ibi illos humores. ¶ Sz tu dicis ex qua cārum ꝑdictarū fit sephyros purū ⁊ nō purū. Dicendū est ꝙ sephyros puruz pōt fieri ex flegmate ⁊ ex melia. qz sephyros puruz fit qñ membrū in quo est caret sensu. qñcunq; ergo flegma vel melia faciēs sephyros ita īdurabit̄ ⁊ cōuertet̄ in lapideitatez ꝙ ꝓpter eā membrū perdet sensuz tunc fiet sephyros purū. Sephyros aūt nō purū fit duobus modis. vno mō qz quādo humores melācolici vel flegmatici nō sunt ita indurati nec in lapideitatē cōuersi ꝙ ꝓpter eos membruz perdat sensuz: tūc faciūt sephyros nō purū. Alio mō fit sephyros nō purū sicut qñ cōuertit̄ ꝑmutando ex flegmone vel berisipilla. nā cōuertit̄ ex flegmone vel berisipilla per hoc ꝙ resolutū est subtile ⁊ remānsit grossuz. humores illi grossi qui faciūt sephyros nō sunt oīo frigidi vt puri melācolici vel flegmatici. īmo sūt hūores sanguinei grossi q̄ approꝑinquāt hūorib⁹ melicis. ⁊ iō nō faciunt sephyros purū: sed faciūt sephyros nō purū cū quo est sensus. Intellige tñ vlteri⁹ ꝙ sephyros purū sepius fit ex melācolia sola radicali. sephyros aūt nō purū sepius fit ꝑmutando ex flegmone vel berisipilla licz ambo possunt fieri alio mō: sicut dictū est. Tunc sequit̄ illa pars.

¶ Et puri qdem color vt multū est color plūbi ⁊ est vehemētis tensionis ⁊ duriciei ⁊ fortasse supereminēt ei pili. ⁊ hoc est illud cui nō est sanitas: ⁊ est qđdā ex eo cui⁹ color est color corporis ⁊ permutat̄ de membro ad aliud ⁊ nominatur fermos. ⁊ quandoq; est cum dolore corporis durum magnum quod non sanatur neq; ꝑmutat̄ vnq̄.

¶ In q̄ parte Auic. reuertit̄ ad ponēdū q̄daz signa sephyros puri q̄ nō posuerāt ꝑmo. ⁊ cū hoc ēt ponit quādā distinctionē sephyros q̄ cōprehendit̄ sub ꝑdicta. ⁊ dicit. Et puri qdez color vt multū. i. plurimū est color plūbi ⁊ vehemētis tensiōis ⁊ duriciei. Et rō hui⁹ est. qz melia sola radicalis ex q̄ fit id apostema est talis coloris. Dicit aūt vt multuz hoc est vtplm. qz vtplurimū sephyros purū cui nō est sanitas fit ex talib⁹ humorib⁹. Aliqñ tñ bene pōt fieri ex hūore flatico. ⁊ ꝓp hoc dicet statim post ꝙ qñq; est sephyros durū magnū cū colore corporis qđ nō sanat̄ neq; permutat̄ vnq̄. Et fortasse supeminēt ei pili. s. isti sephyros puro. ⁊ hec. s. sephyros purū est id cui nō est sanitas. qz est tante duriciei ꝙ nūq; pōt mollificari nec resolui ⁊ maxie qñ supeminēt ei pili: tūc nō sanat̄. ⁊ cā hui⁹ est. qz cuz pili generent̄ ex vapore ⁊ fumo sicco significāt ꝙ mā melica sicca adeo est in mēbro radicata ꝙ iā conuertit cōplexionē mēbri ad cōplexionē melicaz ⁊ ꝙ iseparabilis est illa mala cōplexio cū humore ab ipso mēbro. tū qz lapideata est. vñ nō pōt resolui. tum ēt qz cōplexio membri cōuersa est ad nām illius humoris. vñ nutrimētū veniens ad id mēbruz cōuertit̄ solū in nām illius hūoris ⁊ multiplicatur. ¶ Et ideo si supeminent ei pili: tunc maxie est signū ꝙ nō pōt curari. ¶ Et est qđdā ex eis. Hic Auic. ponit aliaz spēz sephyros q̄ est q̄daz spēs vt mihi videt̄ sephyros nō puri. Dicit ergo. Et est qđdā. s. sephyros ex eis. s. sephyros cui⁹ color est corpis color. ⁊ in hoc significat̄ ꝙ est ex flegmate indurato qđ ꝓportionat̄ melie. Et ꝑmutat̄ de vno mēbro ad aliud. ego itelligo id vbū sic. nō enī intelligo ꝙ vnuz sephyros ꝑmutet̄ de vno mēbro ad aliud hoc est ⁊ spargit̄ mā ipsius ꝑ plura loca ita ꝙ fiunt plēs sephyros. ⁊ hoc est pole sicut qñ in corpe abundaret talis mā pole est ꝙ talis mā expulsa a nā extra corpus dispergat̄ ꝑ pla loca in vno mēbro ⁊ fiāt plēs sephyros parui. sicut aliqñ dispergit̄ mā nodorū in vno mēbro per pla loca ⁊ fiūt ibi plēs nodi. ⁊ noīat̄. s. id sephyros seriuos. i. ad silitudinem esare. nā sicut i esare dispergit̄ mā per plura loca i ta hic. quia in isto apostemate dispergitur materia per plura loca nominat̄ id sephyros seriuos. Et intelligo ꝙ id sephyros sit species sephyros non puri. quia materia sephyros puri non permutat̄ nec dispergitur: imo in vno loco permanet ⁊ nunq̄ permutatur. ¶ Et quandoq;. Hic ponit quasdam species sephyros que est species sephyros puri: vt mihi videtur. ⁊ dicit. Et quandoq;. s. sephyros est cum colore corporis. ⁊ in hoc significat̄ ꝙ est ex flegmate durum magnum qđ non sanatur nec permutatur vnquā. ⁊ id est quando id flegma est ita induratum ꝙ factum est quasi lapis. ⁊ id sephyros est species sephyros puri. qz id sephyros est purum sephyros qđ non habet sensum nec vnquaz permutatur: nec etiam vnquā sanatur. Et ex hoc apparet ꝙ sephyros purum aliquando potest esse ex flegmate: vt quando flegma ita induratur ꝙ fit vt lapis sicut supra dicebat̄. ¶ Apparet ergo ex dictis ꝙ in ista parte vt dicebatur Auicen. ponit etiam quandam distinctionē sephyros que distinctio cōprehēditur sub predicta. quia omnes species sephyros: quas hic ponit aut sunt sub sephyros puro sicut ille q̄ non sanant̄ nec ꝑmutant̄ aut sūt sub non puro sicut illa spēs q̄ noīatur seriuos. ¶ Intellige ēt vlterius ꝙ qñ Auic. dicit de sephyros puro ꝙ non sanatur intellige id cū medicinis. qz bene posset id aliqñ sanari cū ferro vt si esset in membro quod posset totum

nō habuet sensum.

abscindi:sed tñ id non esset sanatio. qz maius esset dãnuz de absciſiõe mẽbzi q̃ vtilitas ex curatõe sephyros. ¶ Sz tu dices nõne posset sanari cũ medicĩa ruptiua ꝛ caustica sic extrabunt̃ scroffule ꝛ nodi. Dicendũ est qꝫ nõ. ṕmo qz sephyros purũ est ita radicatũ ꝛ cõnexũ sube mẽbzi qꝫ nõ posset euelli cũ medicina nisi ꝛ totũ mẽbzũ causticaret̃ ꝛ caderet cũ medicina. Jterũ ẽt. qz cũ medicina caustica sit calida ꝓp sui caliditatẽ quã iducit in mẽbzũ posset sephyros cancerari. ꝛ ideo deueniret ad peius q̃ id in quo erat. sic ergo tunc talis sephyros puruz sanari non potest. Tũc sequitur illa pars.

¶ Et oẽ sephyros aut icipit apparere paulatiz ꝛ addit̃ aut cõuertit̃ ex flegmone aut berisipilla aut exitura in loco vacuo: ꝛ cuz plm accidit duricies in viscerib⁹ nõ accidit nisi post apostema caliduz qñ curantur cũ infrigidantib⁹ viscosis ex medicinis ꝛ cibis.

¶ In q̃ pte Auic. qz sephyros põt gñari plib⁹ modis ponit modos gñatõis ꝛ iceptõis ipsi⁹ ꝛ duo facit. ṕmo facit hoc. z⁹ oñdit ꝑm quẽ illoꝝ modoꝝ maxie gñat̃ sephyros ꝛ duricies in iterioꝛib⁹ mẽbzis. zª ibi (Et cũ plm accidit duricies in viscerib⁹ ꝛc̃) Ambe ptes patent nisi qꝫ i scõa parte in visceribus. idest in membzis interiozibus sicut epate ꝛ splene ꝛ alibi. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et qñq̃ cancerat̃ sephyros ꝛ ꝓpinqtas sephyros ad cãcrum ꝛ elõgatio ei⁹ ab eo est ꝑm multitudinẽ iflãmatiõis ei⁹ ꝛ paucitatẽ et apertionẽ pulsatiõis in eo et occultationẽ ei⁹ et apertionẽ venaꝝ in circuitu ei⁹ et nõ aptionẽ eaꝝ.

¶ Oñdit in quã egritudinẽ ꝑmutat̃ ꝛ modũ ꝛ cãm mutationis ipsi⁹. Dicit g̃. Et qñq̃ cãcerat̃ sephyros. ꝛ in h̃ Aui. oñdit in quã egritudinẽ ꝑmutat̃ maxie sephyros. ꝛ ꝓpinquitas sephyros ad cãcruz. Hic Auic. ostẽdit modũ ꝛ cãz q̃re sephyros maxie ꝑmutat̃ ad cancrũ. ꝛ cãm hui⁹ ponit Auic. eo qꝫ ista sunt ꝓpinq̃ ꝛ ꝯueniẽtia adinuicẽ. Jnter ea ẽt q̃ simbolũ hñt est trãsit⁹: vt dicit Arist. in li. de gñatiõe ꝛ coꝛruptiõe. quo aũt ista sint ꝓpinq̃. Auicẽ. ostẽdit dicẽs. Et ꝓpinqtas sephyros ad cãcrũ ꝛ elongatio. i. dꝛia ei⁹ ab eo est ꝑm multitudinẽ iflãmatõis ꝛ paucitatẽ ei⁹. qz multitudo iflãmatiõis est in cãcro ꝛ paucitas ipsi⁹ ẽ in sephyros. Et apparitionẽ pulsatiõis in eo ꝛ occultationẽ in eo. i. pulsatiõis eius. qz pulsatio est apparẽs in cãcro. in sephyros aũt occultat̃ ꝛ nõ appet. ꝛ apertionẽ venaꝝ in circuitu ei⁹ ꝛ nõ aperitionẽ eaꝝ. qz i circuitu cãcri appent vene extense per mẽbzũ. in sephyros aũt non appent ille vene. sic g̃ apparet qꝫ sephyros ꝛ cãcer sũt quodãmõ ꝓpinqua. ¶ Et circa hoc nota ꝑm qꝫ extrabit̃ ex dictis Auic. i ṕmo libzo. fen z⁹. ca⁹ de egritudinib⁹ cõpositis. qꝫ cãcer ꝛ sephyros adeo sunt ꝓpinq̃ qꝫ nõ differũt pdꝛias subales eo qꝫ vtraq̃ fiũt ex eadẽ mã radicali. sed solũ differũt ꝓp accidentia insepabilia. Que aũt sint illa accñtia iseparabilia Auic. hic cõnumerat. ꝛ meli⁹ ẽt ponet in capl'o cãcri. ꝛ ibi ẽt videbim⁹ melius qũo differunt sephyros ꝛ cãcer. quia ergo sephyros ꝛ cancer sic sunt propinqua ꝛ inter ea que sunt ꝓpinqua facilis est transitus inde multotiens sephyros cancerat̃ ꝛc̃. ¶ De cura. CAP. XII.

Oꝛtet vt de eis apatibus illud curetur cui est sensus ꝛ vt fit icisio: ꝛ post fac mundificationẽ coꝛpoꝛis cũ eo qꝫ educit humoꝛẽ facientẽ egritudinẽ: ꝛ fortasse est illa mũdificatio cuz flebotomia si ẽ sanguis plurime nigredinis.

¶ Superi⁹ Aui. determinauit de sephyros theoꝛice. h̃ determinat de ipso practice. s. q̃tũ ad curã. ꝛ diuidit̃ hec ps in duas. in ṕma pte ponit curationẽ ipsi⁹ q̃tuz ad vl'ia. z⁹ ponit curam ipsi⁹ quantum ad pticularia ꝛ localia. zª ibi. (Et sup id qꝫ̃ resoluit ꝛ lenit simł) Dicit ergo ṕmo. Opz vt de bis apatibus id curet̃ cui est sensus. ꝛ h̃ ẽ sephyros nõ puꝝ. puꝝ nõ curat̃. Et vt sit icisio. i. oz vt ṕus. s. añ oẽz curã sit icisio. i. digõ hũoꝝ. opz. n. vt ꝑ digerat̃ hũoꝛ cũ eis q̃ digerũt hũoꝛes duros ꝛ grossos añq̃ purget̃. qz vt dicit Ypoc. digesta medicari ꝛ mouere nõ cruda ꝛc̃.

Sed tunc aliquis dubitabit q̃re Auicẽ. potiꝰ dixit hic oportere mãm digeri ṕus añ purgationẽ q̃ in alys apatib⁹. qz in nullis ꝓdictis apatib⁹ nec i calidis nec in frigidis posuit mãm ṕus digeri q̃ purgari. Jteꝝ ẽt videt̃ qꝫ debuisset Auic. in oĩb⁹ ꝓdictis apatibus ṕus posuisse digõnẽ hũoꝝ q̃ purgationez sic ꝛ hic posuit. Dicit. n. Hal. ꝑ vbũ Ypo. sup affoꝛismũ ṕmũ. q̃rte pticule libzi affoꝛismoꝝ. Si quis ingt velit purgare mẽbza apata habẽtia cũ aliq̃ farmacia nõ purget in initio moꝛbi. qz moꝛb⁹ nõdũ farmacie est cõuenibilis cũ nõdũ maturauerit. Si aũt detur alicui farmacia in initio: sana ẽt loca debilitat moꝛbo repugnãtia. Sic g̃ tũc duplex ẽ hic dubitatio. vna q̃re poti⁹ hic posuit digõnez q̃ in ꝓdictis apatib⁹. Alia est qz videt̃ qꝫ debuisset ponere in ꝓdictis sic ꝛ h̃ posuit. ¶ Ad euidentiã solutõis istoꝝ nota qꝫ duplex ẽ euacuatio. q̃dã est euacuatio minoꝛatiua. alia est eradicatiua eũatio. Euacuatio mioꝛatiua ẽ q̃ respicit cãz añtẽ q̃ est repletio totiꝰ coꝛpoꝛis. eũo eradicatiua est q̃ respicit cãz cõiunctã moꝛbi actu faciẽtẽ moꝛbũ. mõ eũo mioꝛatiua põt fieri añ digõnẽ ꝛ post digõnẽ. eũo aũt eradicatiua fit solũ post digõnez. ¶ Ulterius nota qꝫ eũo coꝛpis q̃ fit in istis apatibus exterioꝛib⁹ nõ respicit cãm cõiũctã apatis exterioꝛis eo qꝫ illa eũo nõ fit vt euacuet̃ mã apatis ꝯiuncta. qz mã ipsi⁹ cõiuncta iaz ex̃ venas est collecta in spõgiositatib⁹ mẽbꝛoꝝ. Et si aliqñ apa deliteſcat ꝓp eũonẽ coꝛporis solũ: nihilomin⁹ tñ hoc non ẽ qz illa eũo eũaret ex mã apatis ꝯiũcta. sed h̃ ẽ. qz illa eũo eũat mãm q̃ ẽ pata currere ad locũ apatis. ꝛ tũc cũ ampli⁹ nõ currit mã nã efficitur potẽs sup residuũ que est mã ꝯiũcta apatis ꝛ resoluit ipaz spal'r. si nõ sit multa ꝛ sit subtil'. sic g̃ in istis apatibus exterioꝛib⁹ eũo coꝛpis nõ respicit cãz ꝯiũctã apatis. sz respicit cãz añtez q̃ pata erat currere ꝛ augere apa. g̃ tũc talis eũo coꝛpis q̃ fit i istis apatib⁹ dꝛ poti⁹ mioꝛatia q̃ eradicatiua. ꝛ iõ ex ṕmo qõ dixi iã hr̃ qꝫ põt fieri ꝛ añ digõnẽ mãe ꝛ post digõnẽ mãe. ꝛ ex hoc qõ dcm̃ ẽ appet iã respõsio ad scõaz dubitationẽ. dicebas. n. qꝫ videbat̃ qꝫ Auicẽ. debuisset ponere in oĩb⁹ ꝓdictis apatib⁹ digõnẽ añ purgatõez ꝓ id dcm̃. h. auc̃. Ypoc. si qs ingt velit ꝛc̃. nã Hal. dicẽs id dcm̃ auc̃. Ypo. logt̃ in illo dicto de eũone eradicatiua q̃ non dꝛ fieri in ṕn⁹ moꝛbi nec añ digõnẽ ꝛ logt̃ ibi de apostematibus interioꝛibus in quib⁹ habet locũ vtraq̃ euacuatio ꝛ minoꝛatiua ꝛ eradicatiua. in illis eniz nõ debet fieri eradicatiua ante digestionem materie. sed Auicenna loquitur hic ꝛ in predictis de euacuatione minoꝛatiua que potest fieri ante digestionem ꝛ post digestionez. ꝛ ideo non fuit necessariuz qꝫ in predictis apostematibus poneret ꝑius digestionẽ materie. ¶ Sed tamen restat respondere ad ṕmum. quia dicebas tu quare potius ergo precepit hic fieri digestionem q̃ in predictis apostematibus. ꝛ specialiter cuz: vt dictũ est: loquatur de euacuatione minoꝛatiua: que potest fieri ante digestionez in oĩbus apostematib⁹ ꝛ post digestionez dicenduz qꝫ licz euacuatio minoꝛatiua posset fieri ante digestionẽ. ꝛ etiã post digestionẽ: nihilominus tamẽ hic potius ꝑcepit Auicẽ. fieri digõnez q̃ in alys eo qꝫ materia ꝛ humoꝛ currẽs ad locũ

dige lla medi
ꝛ mobꝛ noca

digestiua me
cuã ꝛ mobꝛ

duplex est e
uatio

ỹg. casibꝰ oportet medꝛm digẽtibꝰ

ỹg. casibꝰ oportet dixerem. ꝑ imbulneribꝰ cuz dꝛ dicte substãcie. ꝛ imbulneribꝰ contusis & alte abre. ꝛ maxodematibꝰ fixturis que sunt apertis. 4ᵒ. imvulneribꝰ alteraꝝ abre/ dolorosi apostemosis. ꝛc̃

apostematis est magis grossus ꝛ durꝰ hic q̄z in alys. ꝛ iō ē magis inobediēs purgatiōi pp quā Auic. potiꝰ fecit ꝟ mētionē de digōne q̄z in alys apatibꝰ. s. digōnem fac mūdificationē corporis cū eo qꝫ educit humorē facientē egritudinē. qꝛ si sit melica educas humorē cū soluētibꝰ meliaz. si aūt sit flegma purgabis cū soluētibꝰ flegma. Si āt sint ambo insimul mixti purgabis cū laxatiuo cōpositō quod educat vtrūq; humorē. Si aūt cā sit sanguis grossus melancolicꝰ sic̄ est spāliter qñ sephyros fit cōuertēdo ex flegmone vel ex herisipilla. vel dato qꝫ fiat ex tali sāguie grosso melico icipiēdo: tūc cū purgatiōe ventris. erit ēt vtilis fl̄omia vt euacuet̄ sanguis grossus melicꝰ. ꝛ ꝟ est qō subdit Auic. Et fortasse est illa mūdificatio cū fl̄omia supple iuuans si est sanguis pl̄ime nigredis. i. si est sanguis melācolicus abūdans in corpore qui pōt sephyros facere: vt dictum est. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et sup illud sit qō resoluit ꝛ lenit simul: ꝛ nō curet̄ cū eo qō resoluit ꝛ exiccat tātū: qm̄ illud pducit ad vehemētiā lapideitatis ꝓpter exiccationē grossi ꝛ resolonē subtilis.

¶ In q̄ parte Auic. posita cura sephyros q̄tū ad vl̄ia. pōit curā ipsius q̄tū ad particularia ꝛ localia. Et diuidit̄ ista pars in ptes duas. ꝓmo oñdit in generali q̄ ꝛ q̄lia localia cōpetāt in sephyros. ꝛº ostēdit hoc in pticulari ponēdo medicinas spāles. ꝛª ibi (Et lenificātia qdē qbus est resolutio q̄dā) ꝓma ps diuidit̄ adhuc in ptes duas. ꝑmo facit qō dictū est. scō addit qddā de balneo. ꝛª ibi (Et opz ne multū vtaꝫ balneo) ꝓma pars diuidit̄ in ptes duas ꝓmo ostēdit cuiꝰ cōplexiōis medicīa nō cōpetit in hac egritudine: tāgēdo ēt aliqd de illa q̄ cōpetit. scō ostendit q̄les ꝛ cuiꝰ cōplexiōis medicine cōpetūt in hac egritudie ꝛ quo ordine debeāt admīstrari. ꝛª ibi (Et opz vt ponantur) Dic̄ ergo ꝑmo. Et sup id. i. supꝛa locū sclirosis supplesit qō resoluit ꝛ lenit simul. i. māe resolutiuū ꝛ lenitiuū. et in hoc Auic. tāgit aliqd cōditionis medicamis qō cōpetit sclirosi. sed nō ꝯplete tāgit cōditiones ipsiꝰ hic. qꝛ cōplete tanget in pte sequēti: imo solū tangit hoc ꝟ vt oñdat qꝫ cōtrariū istiꝰ nō cōpetat sclirosi. ꝛ hoc ē qō dicit statim post. Et nō curet̄ cū aliqua medicīa cū eo qō resoluit ꝛ exiccat tātū. s. sine mollificatiōe. vt vel qꝛ in tali medicina nō sit mollificatio vel ip̄az nō ꝓcesserit aliq̄ medicīa mollitiua ꝛ dat cāz bꝰ Auic. qm̄ id pducit ad vehemētiā lapideitatis ꝓpter exiccationē. i. ꝓpter indurationē humoris grossi ꝛ resolonē subtilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et opz vt ponant̄ curatiōi eiꝰ due reuolutiones: reuolutio resolonis cū lenitate cuz eo qō nō exiccat plm: qꝛ oē resolutiuuz ꝼm plm exiccat: ꝛ humectatiuū raro resoluit: ꝛ oz vt sit gradus eius in caliditate ex secundo ad tertium ꝛ in exiccatiōe ex gradu ꝓmo. ꝛ reuolutio alia lenificationis.

¶ In pte ista Auic. ostēdit cuiꝰ cōplexiōis medicine cōpetant in hac egritudine ꝛ quo ordine debeāt admīstrari. ꝛ diuidit̄ ps hec in duas. ꝓmo hoc oñdit de medicīs simplicibꝰ. ꝛº oñdit qꝫ eadē est rō de cōpositis. ꝛª ibi (Et itez cōpositio medicinarū) ꝓma in duas. ꝑmo oñdit cuius cōplexiōis debēt eē medicine locales. ꝛ quo ordie debēt admīstrari. ꝛ hoc absolute. ꝛº hoc oñdit cōparatiue ꝼm diuersitatē mēbroꝝ. ꝛ ēt sephyros. ꝛª ibi (Et diuersificetur necessitas) In ꝑmo. §. Auic. tria ponit dicta. in ꝑmo dicto oñdit cuiꝰ ꝯplonis ꝛ q̄les debēt eē medicīe locales. in ꝛº dicto oñdit qꝫ ille medicīe ꝺbēt admīstrari ꝼz ordinē. i. ꝛº dicto oñdit qd sit faciēdū qñ admīstrant̄ medicīe ꝼz vnā reuolutionē. ꝛ quid qñ admīstrant̄ ꝼz aliā. ꝛª ibi (Et sint iste due reuolutiōes) ꝛª ibi (Et opz vt famē) Dicit q̄ de ꝑ. Et opz vt ponant̄ curatiōi eiꝰ. s. q̄tū ad localia due reuolutiōes. i. medicīe ꝼm duas reuolutiōes: q̄ꝝ vna ē reuolutio resolonis cū lenitate cū eo qō nō exiccat supple fortiter ꝟ est ꝼm vnā reuolutionē debēt admīstrari medicine resolutiue lenes ꝛ nō fortiter exiccatiue. ꝛ reddit cāz Aui. q̄re medicīe resolutiue ꝺbēt eē lenes. qꝛ oē resolutiuū ꝼz plm exiccat. ꝛ id vbū pōt exponi duobꝰ modis. vnoº sic bñ dico qꝫ medicīe resolutiue debēt eē lenes ꝛ non fortes. qꝛ oē resolutiuū ꝼm plm. i. oē resolutiuū multū ꝛ forte exiccat supple nimis. ꝛ medicīe nimis exiccatiue nō cōpetūt in sclirosi. q̄ tūc debēt admīstrari in ipso medicīe lenes resolutiue ꝛ nō fortiter exiccatiue. Alioº pōt exponi id vbuz ꝛ tunc exponet̄ ēt vbū ꝑdictū alioº q̄z ꝑus: vt dicat̄ sic. bñ dico qꝫ medicīe resolutiue sint cū lenitate. i. pmixte cū lenitiuis. ꝛ cū eo qō nō exiccat. ꝛ nō debēt pmisceri cū exiccatiuis. qꝛ oē resolutiuū ꝼz plm exiccat. ꝛ ꝟ est ꝼm plz. ita est qꝫ oē resolutiuū exiccat. Et rō bꝰ est. qꝛ ꝓprietas medicine resolutiue ꝛ exiccatiue multuz cōueniūt. qꝛ medicīa resolutiua: vt ponit Auic. in scō libro est cuiꝰ ꝓprietas ē vt sepet hūidū faciēdo ip̄m vaporare ꝛ extrabēdo ip̄m a loco in quo fuit retētus. s. ptē post parte donec assiduatōe sue opatiōis finiat id qō ex ea remanet ꝛc̄. ꝛ iō medicina resolutiua q̄ extrabit sanitatē a loco exiccat ēt eā. ꝛ hoc ē qō dicit Auic. de medicīa desiccatiua in eodē cap̄. Dic̄. n. qꝫ medicīa desiccatiua ē q̄ cōsumit hūiditatez sua resolone ꝛ subtilitate sua. Uides g̊ ꝑ hoc qꝫ ꝓprietates vtriusq; multū cōueniūt. ꝛ iō ita ē qꝫ medicina resolutiua ꝼm plm exiccat. qꝛ ergo ꝼm plz medicīa resolutiua desiccat nō ꝺz ergo pmisceri cū exiccatiuis ne ampliꝰ addat̄ sup eiꝰ exiccationē. ꝛ sic fiat nimis exiccatiua: imo ꝺz esse cū lenitate ꝛ cū eo qō nō exiccat. ¶ Et humectatiuū raro resoluit. id pōt exponi duobꝰ modis. Unoº humectatiuū raro resoluit hoc est raro ē qꝫ humectatiuū resoluat. Et rō bꝰ est. qꝛ de rōne māe hūectatiue est solū mollificare hūorez ꝛ ꝑparare ip̄m ad resolnēdū ꝛ non qꝫ resoluat. ꝛ iō ꝺz pmisceri cū resolutiuo. qꝛ tūc illud ꝑparat ad resoluēdū ꝛ resolutiuum resoluit qō mollificatū est. ꝛ nō dimittit ēt resolutiuum nimis exiccare. ¶ Alioº exponi pōt qꝫ humectatiuū raro resoluit. hoc est qꝫ humectatiuū resoluit raro. i. paulatine ꝛ nō cito ꝛ subito. vñ resoluit raro. qꝛ paulatim ꝛ in longo tēpore. ꝛ id etiā est verū qꝫ humectatiuuz ampliat poros ꝛ ꝑparat humo. ad resoluēdū. ꝛ ideo ex hoc qꝫ ampliat poros ꝛ hūor ꝑparatur ad resoluēdū tūc natura adiutorio huiꝰ māe resoluit de hu. sic ꝑparato paulatine per poros ampliatos. ꝛ iō humectatiuū resoluit paulatim. ꝛ ꝓpter hoc ēt bonū ē vt pmisceat̄ cū resolutiuo vt nō pmittat ip̄m resoluere humiditatē subtilē ꝛ grossuz idurare. ꝟ faciat ip̄m resoluere humo. ꝛ per totū: ꝛ nō ꝑmo vnā ptez q̄z aliam. ¶ Ulterius nota qꝫ licz dictum sit qꝫ medicine resolutiue debent esse lenes ꝛ nō permixte cum exiccatiuis qꝫ non est itelligenduz ꝓpter hoc qꝫ medicine resolutiue nō sunt aliquo mō exiccatiue. qꝛ id non esset verum: imo quādo est tempus resoluendi debent esse medicine resolutiue exiccatiue plus q̄z mollificatiue. sed nō debent esse exiccatiue nimis ꝓpter causaz dictā. vnde debēt esse exiccatiue lenes. ꝛ hoc intelligit Auic. per ea q̄ dicta sunt. Et hoc est qō subsequendo statim dicit Auicen. Et oporter vt fit gradus. s. medicinaruz resoluentiū in caliditate ex secūdo gradu ad tertiū. ꝛ in ficcitate in gradu ꝑmo. sic ergo bene debēt esse exiccatiue: sed debēt esse lenes. Habem⁹ g̊ ex dictis qꝫ vna reuolutio curatiōis sclirosis q̄tū ad localia est reuolutio resolutōis. sed alia reuolutio quā oportet esse in curatiōe istius est reuolutio lenificatiōis.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Et sint iste due reuolutiões succedẽtes.

¶ Dic Auicenna ostendit qꝑ ꝑdicte reuolutiões debẽt administrari ſm ordinez ⁊ dicit. Et sint iste reuolutiões succedentes. ideſt ordinate: vt qꝛ vna ꝑcedat altera sequaꝛ. ⁊ nõ curat hic exprimere illum ordinẽ. qꝛ posuit ipsum in ꝑmo. sed ordo istarum reuolutionũ est ſm qꝑ extrahiꝛ ex dictis Auicẽ. in ꝑmo. fen 4ª. capᷣlo de curatiõe apostematum. Naz ꝑmo opz vt mollificeꝛ: deinde resoluaꝛ: deide si timetur ex resolutiõe eius qõ resoluitur ne id qõ remãsit fiat lapis. Iterum scõo redeundũ est ad mollificandũ ⁊ postea ad resoluenduz. ⁊ sic fiat quousqꝫ resoluaꝛ totus humor. Semꝑ ergo dz ꝑcedere mollificare ⁊ subsequi resoluere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et opz vt membruz famẽ pati cogaꝛ in reuolutione resolꝰonis ⁊ trahaꝛ nutrimentũ ad eius oppositũ cum motiõe illius oppositi ⁊ exercitio eius ⁊ ipsius famelicatione ⁊ cibetur in reuolutione lenificationis ⁊ fiat ei causa appetẽdi nutrimentũ cuz fricatione ⁊ que sunt ei similia ⁊ liniaꝛ cum pice.

¶ Dic Auicen. ostendit quid sit faciendum quãdo administrãt medicine ſm vnam reuolutionez. ⁊ quid qñ administrãt ſm aliam. ⁊ patet qõ dicit. qꝛ quãdo volumus resoluere oportet vt membrũ fiat famelicũ. ideſt sit vacuũ cum diuersione nutrimẽti ad oppositã partez sicut ponit Auicen. sed quãdo volumus lenificare opz vt cibeꝛ ⁊ trahaꝛ nutrimẽtũ ad ipm. ⁊ hoc est qꝛ nutrimẽtũ humectat ipm ⁊ ipinguat. Tunc sequiꝛ illa pars.

¶ Et diuersificetur necessitas in virtute medicinarum resoluentium ⁊ lenificantiũ ⁊ debilitate earum ſm raritatem membri ⁊ ipsius spissitudinẽ ⁊ vehemẽtiã duriciei ⁊ debilitatẽ eiꝰ.

¶ In isto. ℈. Auicen. postquã ostendit absolute cuius complexionis ⁊ qualis debent esse medicine locales sclirosis ostendit hoc hic comparatiue. ſ. per respectuz ad diuersitatem membroruz ⁊ diuersitatez sclirosis. ¶ Dicit ergo ꝑmo. Et diuersificetur necessitas in virtute. i. in fortitudine materierum resoluentiuz ⁊c. ſm raritatem membri ⁊ spissitudinem ipsius ⁊ vehementiaz duriciei. ſ. sclirosis ⁊ debilitatem eius. ideſt ⁊ paucitatez duriciei ipsius. Quomodo autez diuersificetur fortitudo ⁊ debilitas istarum medicinaruz penes illa que ponit Auicen. apparebit post quãdo prosequetur de medicinis localibus specialibus. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et iterũ compositio medicinaꝝ oz vt aggregeꝛ inter duas virtutes.

¶ In qua parte ostendit Auicen. qꝑ eadez rõ est de administratiõe medicinaruz compositaruz: sicut dictuz est de simplicibus. Dicit ergo. Et iteruz cõpositio medicinaruz oportet vt aggregentᷣ inter has duas virtutes. ſ. resolutionis ⁊ mollificationis vt quando volumus vti medicinis compositis tempore resolutiõis. tunc medicine sint composite magis ex resolutiuis q̃ ex mollitiuis. quãdo autez volumus eis vti tempore lenificatiõis tunc sint composite ex mollitiuis. ⁊ similiter etiã fortitudo diuersificeꝛ ⁊ debilitas earũ in resolutione ⁊ lenificatiõe ſm raritatem ⁊ spissitudinẽ membri. ⁊ ſm vehemẽtez grossitiez ⁊ paucam sclirosis. Deinde cum dicit.

¶ Et oz ne mltũ vtantᷣ balneo qñ resoluit subtile ⁊ aggregat spissum ⁊ non peruenit ad hũc finem vt leniat spissum.

¶ Dic Aui. addit gddã ō balneo. ⁊ pz qõ dic. ⁊ itellige ꝫ qꝑ dixit maxie de balneo nãli. ¶ Ulteriꝰ intellige qꝑ ꝑ ꝫ qõ dic. ⁊ oz ne mltũ vtaᷣ ⁊c. daᷣ itelligi qꝑ aliqñ pñt vti sic qñ apa eẽt mollificatũ ⁊ eẽt in via resolꝰonis. alr aũt nõ. qꝛ resoluit subtile ⁊ ꝛelinqt grossũ plꝰ. Tũc segᷣ illa pars.

¶ Et lenificantia qdem qbus est resolutio q̃dã sunt sicut adeps gallinaꝝ ⁊ anserũ ⁊ vitulorum ⁊ boum ⁊ ceruorũ ꝓpꝛie ⁊ medulle eorum ⁊ adeps hirci. ⁊ asini adeps est bona eis ⁊ adeps rapacium leonuz ⁊ vrsi ⁊ leopardi ⁊ adib ⁊ q̃ currunt cursu eorum de vulpibus ⁊ lupis. Et adipes rapaciũ ex auibus. ⁊ oz vt misceantᷣ cũ eis que sunt sicut ãmoniacũ ⁊ bdelium ⁊ galbanum ⁊ storaꝝ ⁊ mastix quando ꝑparantᷣ ad resoluendũ ⁊ fiant singularia. Et de predictis adipibus melior est adeps leonum ⁊ vrsi. Et in mucillagine fenugreci ⁊ se. lini sunt resolutio ⁊ lenificatio. Et oportet ne in istis adipibꝰ ⁊ eaꝝ similibus de mollificãtibus sit sal omnino: quoniã sal exiccat ⁊ indurat: immo opz vt sit earũ operatio: opatio solis in cera que lenit et liquefacit ⁊ non peruenit ad hoc vt exiccet. Et de lenificantibus iteruz in quibꝰ est resolutio quedam: sunt bdelium sicilienſe et oleũ antiquum et oleum de alcanna et oleum de lilio et galbanuz et laudanuz et storaꝝ et isopus humidatis et iterum mastix album appꝛopinquat predictis. Et in oleo de alcanna ⁊ oleo de lilio et ficubus et alkerua est de resolutione et lenificatione simul qõ est supra sufficientiam. Et de lenificantibus quidẽ est vt sumaᷣ fer seminuz et fer aceti et ferueãt et effundaᷣ post ebullitionem bonam super vtraſqꝫ qõ est ei conuenientiꝰ et administreᷣ. Et de medicinis bonis ad illud est vt sumantᷣ sterc⁹ asini et radix euisci et fiat ex ambobus linimẽtum: et si fuerit cũ ambobus storaꝝ erit melius. et iterum quãdo apparet lenitas oportet vt liniaᷣ cuz ãmoniaco soluto cum aceto forti diebus pluribus: deiᷣ de redeat lenificatio aut galbano et oppopona coꝛ aut sumantᷣ galbanum et ãmoniacũ et bdelium et terantᷣ omnia et inuoluantᷣ cuz oleo de ben et oleo de lilio cum aliquãtulo mucillaginis fenugreci et lini et fiat emplastrum. Et fordicies balnei est ex medicis vehementis iuuamenti quãdo ponitᷣ in emplastris apostematũ durorum. et cuz non inuenitur fordicies balnei tunc admistrentᷣ loco eiꝰ aqua euisci et nitꝝ. Et de emplastris bonis in horꝛa resolutionis sunt emplastra q̃ sũt ad scrofulas de illis q̃ dixim⁹. et empᷣa iulios et colophon.

¶ In qua parte postq̄z Auic.posuit in gn̄ali cui⁹ cōplexiōis ⁊ qualia localia cōpetūt in scliros̄i. Hic ponit in spāli medicinas locales ꝼm p̄dictas regulas generales q̄s p̄us posuit.posuit.n.eas ꝼm reuolutiōez.s.resolōnis ⁊ mollificationis.q⁊ mō p̄oit medicias mollitiuas ⁊ mō resolutiuas: ⁊ ponit ét eas ꝼz diuersitatē ouriciei ⁊ raritatis mēbrox. ⁊ ꝼm ouriciē multā ⁊ paucā scliros̄is.dictū enī fuit p̄us q⁹ penes hoc diuersificaī fortitudo ⁊ debilitas medicinarū in resolone ⁊ lenificatiōe. ¶ Diuidit g̃ pars ista in duas. In p̄ma parte ponit medicias locales in spāli ꝼm reuolutionē resolōnis ⁊ mollificatiōis absolute nō cōparādo.z⁹ ponit eas ꝯparādo eas in debilitate ⁊ fortitudie ⁊ resolōnis ⁊ mollificatiōis ꝼm diuersitatē mēbrox ⁊ ouriciem ⁊ molliciē.⁊ sc̄oz diuersitatē scliros̄is in vehemēti grossitie ⁊ pauca.z⁹ ibi(Et cū apa est vehemētis grossitiei) In p̄mo.§.ponit Auic.pl̄es medicinas locales in spāli ⁊ cōfundit eas in sil̄.q⁊ mō ponit resolutiua mō mollitiua cōp⁊ehendēdo in sil̄ ⁊ nō ꝯprehēdēdo eas ordinate.tu aūt respicias vtutē medicinarox in resolone ⁊ mollificatiōe ⁊ vtaris eis ꝼm p̄dictā regulā quā p̄us dixi. Dicit ergo. Et lenificātia gdē ⁊c̄.adib.i.lupi. ⁊ adipes rapaciū ex gb⁹.s.rapacib⁹ sicut vulturis ⁊ agle ⁊ sil̄iuz. Et opz vt admīstrent̄ cū eis .s.adipib⁹ q̄ sunt fīc armoniacū ⁊c̄. q̄ñ p̄parant̄ ad resoluēdū.i.q̄ñ volum⁹ eis vti ad resolutionē. q⁊ ipse pure nō sufficerēt ad resolonē:ꝼz debēt miscери cum eis ille gūme vt fortificet̄ resolutio eax. ¶ Et opz ne in istis adipib⁹ ⁊ earum sil̄ib⁹ sit sal oio.intellige ꝫ maxie q̄ñ volum⁹ eis vti hora lenificatiōis. q⁊ tūc nō oz eē cū eis aliq̄ exiccatiuū. sed q̄ñ vellem⁹ eis vti in hora resolonis:tūc nō eēt ita malum. Uerū est tñ q⁹ in hora resolonis nō debem⁹ vti exiccatiuis fortib⁹;vt dictū fuit supra:sed exiccatiuis lenib⁹.⁊ iō cuz sal sit de exiccatiuis fortib⁹: nō est admiscēdum in medicinis in hora resolonis nisi ponerēt̄ valde parum et mixtus cū mollitiuis.alkerua.i.tornasolle magnuz. Et de lenificātib⁹ gdē est vt sumat̄ fex seminū.s.alkerua ⁊ effūdatur post ebulitionē bonā sup vtrūq;.s.sup fecez talium seminū ⁊ aceti q̄ est ei ꝯueniētius.i.q̄ ē ꝯueniēs scliros̄i. ⁊ hoc est oleū mollitiuū lene.q⁊ tale oleuz ꝯuenit scliros̄i. vt dicet̄ postea. Cū oleo de ben.ben.i. catapucia illa alba grossa quā spiciary vocāt piper albuz. Et empl'a nīlios id empl'm est dictū in capl'o vndimie. ⁊ est empl'm q̄ incipit sic. Et itex eius cui⁹ gdē anteceſſit dolor sumantur sordicies balnei ⁊c̄. Et cobion.i.emplastrū de maluauisco sicut est diaquilon. Tunc segtur illa pars.

¶ Et cū apostema est vehemētis grossitiei:tūc nō est excusatio ab aceto.ip̄m.n. icidit ⁊ debilitat virtutez mēbri ⁊ p̄prie cum est neruosuz: q̄ñ est vehemētius vacuū a materia ⁊ dimittit eā causе ip⁊imenti deforis.

¶ In qua p̄te Auic.ponit medicinas locales scliros̄is ꝯparando eas in debilitate ⁊ fortitudie resolōnis ⁊ mollificationis ꝼm diuersitatē mēbrox in ouricie ⁊ molliciе ⁊ ꝼm diuersitatē scliros̄is in vehemēti ⁊ pauca grossitie. ¶ Et diuidit̄ pars ista in p̄tes duas. In p̄ma p̄te ostēdit q̄o diuersificaī necessitas medicinax in vtutib⁹ earum penes ouriciez multā ⁊ paucā ipsi⁹ scliros̄is:licz ét aliquid tāgat de diuersitate mēbrox. In sc̄a parte ostēdit q̄o diuersificaī ét necessitas eax in vtutib⁹ suis penes diuersitatez mēbrox ⁊ ouriciez ⁊ molliciez.sc̄a ibi(Et id ouriciei q̄ ē in chordis) Prima pars diuidit̄ in p̄tes duas. In p̄ma p̄te facit:q̄ dctm̄ est.⁊ hoc facit oñdēdo qd oz p̄dictis medicinis adiungi ꝼm diuersitatē vehemētis grossitiei scliros̄is ⁊ paucitatē ipsi⁹.sc̄o ostēdit q̄ñ ⁊ q̄o id oz p̄dictis adiūgi.z⁹ ibi(Uex opz vt sit admīstratio) Dicit ergo p. Et cū apostema est vehemētis grossitiei,i.vehemētis ouriciei:tunc nō est excusatio ab aceto.s.q⁹ misceaī in medicinis p̄dictis. Et dat cām h⁹ Auicē.ip̄m enī icidit ⁊ debilitat mēbri vtutē. Iste textus est obscur⁹. ꝫ ego itelligo sic ip̄z. Ip̄m enī incidit.s.hūores grossos ⁊ duros:⁊ debilitat .i.rarificat mēbri vtutē.i.membri ouriciē q̄ est in eo ⁊ scliros̄i.⁊ p̄prie q̄ñ est neruosuz ⁊ maxie tūc oz administrari acetū q̄ñ mēbrū in quo est scliros̄ durū est neruosuz.⁊ dat cām hui⁹:q̄ñ est vehemētius vacuū mā.i. q̄ñ ē vehemētius vacuū ab hūiditate.eo q⁹ mēbrū neruosuz est magis siccū ⁊ durū ⁊ spissum q̄z carnosū. Et iō cū sit magis duxꝫ. ⁊ per ꝫ̄s scliros magis est duxꝫ in eo q̄z in alys membris. magis idigemus icisiōe ⁊ rarificatiōe ⁊ cū hoc faciat acetū.iō tunc maxie cōuenit acetuz. q⁊ scliros̄is est in mēbro neruoso. Et dimittit eā causе ip⁊imēti de foris. Hic ponit tertiā vtilitatē quā facit acetū q̄ sequit̄ ex sc̄a.nā acetuz admixtū cū medicinis alys dimittit eā.i.ouriciē cāe ip⁊imenti de foris.i. vt melius ip⁊imat̄ ibi vtus medicie extrinsece.q⁊ acetū rarificat ouriciē mēbri. Et iō cuz rarificet ouriciē ⁊ ampliet poros melius p̄ōt tūc virt⁹ medicie cum q̄ misceī acetū ip⁊imi in scliros̄i. vñ acetū facit penetrare vtutē aliarū medicinarū q̄ cū eo miscent̄. ¶ Ex dictis ergo apparet q̄o diuersificant̄ māe in fortitudine ⁊ debilitate resolōnis ⁊ mollificatiōis ꝼz diuersitatez scliros̄is in vehementi ⁊ pauca ouricie.q⁊ q̄ñ scliros nō ē vehementis ouriciei:tunc sufficiunt medicine p̄dicte. quādo autez est vehemētis grossitiei:⁊ tunc debēt esse magis fortes. quia debet miscери cum eis aliq̄ incisiuum sicut acetum. p̄mo quia acetum incidit. secūdo quia rarificat ouriciem. vnde tunc potest virtus medicinarū meli⁹ ip⁊imi in membrum. Et tangit etiam Auicenna in illa parte aliquid de diuersitate membrox. ꝫ de hoc tangit magis cōplete inferius. Deinde cum dicit.

¶ Uerū opz vt sit admīstratio aceti ⁊ itromissio eius in medicis in fine rei nō in eius p⁊incipio ⁊ vbi cadit vltimatio in lenificatiōe ⁊ cum itromissiōe tepiditatū lenificatōis. ⁊ alleuietur admīstratōe aceti. ⁊ cū nō fit alleuiatio cū aceto nocet neruis ⁊ cōuertit in lapideitatem. Et medic⁹ tunc fit audacior in admīstrādo acetū cuz apa est in mēbro carnoso sicut id q̄ est in splene: ⁊ q̄ñq̄z linit̄ loc⁹ cū aceto ⁊ vapozat̄ cū eo: deide cōsegtur cū epithimate sicut illud q̄ est de oppoponaco: deide āmōiaco: deide icipit cū pauco leui: postea addit̄ virtus: deinde gradat̄ ad lenificationem.

¶ Auicen.ostendit quādo ⁊ quo mō acetuz debet p̄dictis medicinis admiscerі ⁊ administrari.⁊ duo facit. Primo facit hoc.secūdo incidentaliter ostendit q⁹ oleuz cōpetit in scliros̄i.z⁹ ibi.(Et oportet vt administret̄) Dicit ergo primo q⁹ oportet vt sit administratio aceti in fine rei non in eius p⁊incipio. Et causa huius est. q⁊ acetuz est fortiter exiccatiuuz.in p̄ncipio autem scliros̄is oportet mollificare ⁊ nō exiccare.⁊ ideo oportet vt nō administret̄ in p⁊incipio.sed in fine quando iaz facta est mollificatio cū mollitiuis. ¶ Et vbi cadit vltimatio in lenificatiōe.id potest exponi duobus modis. Uno modo.⁊ vbi cadit ⁊c̄.hoc est vt administretur quādo iam facta est vltima mollificatio in apostemate. quia vt dictū est debz administrari in fine rei ⁊ non in p⁊incipio eius. Alio mō p̄ōt exponi. ⁊ vbi cadit vltimatio in lenificatiōe.i.⁊ administret̄ acetū solū in illo apate vbi opz vltimo lenificare. ⁊ hoc est in apate vehementis grossitiei,nam in tali vt dictum est nō est ex-

acetuz facit penetrare virtutes aliarū medicinarū q̄z cū eo miscentur

cusatio ab aceto.ꝛ vtraqꝫ expositio vera est. ¶ Et cū itro missiōe trepidatū lenificatiōis. hoc est dicere ꝙ acetū dꝫ admīstrari ponēdo īterpellatiōes cū eo ex ḡbus īterpellationib⁹ admīstrent ēt mollitiua ꝛ lenitiua. Et hoc est qđ Auic. subdit dicēs. Et alleuiet in admīstratiōe aceti. ſ. ponēdo iterpellatiōes in admīstratiōe ipsius. in qb⁹ iterpellationib⁹ ītromittant mollitiua ꝛ lenitiua: vt dixit modo. Et reddit cām Auic. q̄re dꝫ vt fiat alleuiatio in admīstratione aceti cū dicit. ꝛ cū nō fit alleuiatio cum aceto nocet neruis ꝛ cōuertit ad lapideitatē. qꝛ cū acetum sit frigidū ꝛ desiccatiuū si cōtinuaret sepe in scliroſi qđ est vehemētis grossitiei exiccaret subtile ꝛ īduraret grossum plus ꝛ cōuerteret ad lapideitatē. ꝛ iō si cōtinuat nocet ap̄ati qđ est vehemētis grossitiei. ꝛ maxīe nocet si ē in mēbro neruoso. qꝛ acetū nocet neruis sicut ponunt oēs auctores. Et iō subdit Auic. ꝙ medicus sit tūc audacioꝛ in admīstrando acetū. ſ. in scliroſi vehemētis grossitiei cū apostema ē in membro carnoso sicut illud qđ est in splene. ꝛ hoc ē. qꝛ acetū nō nocet membro carnoso ratione sue cōplexionis sicut nocet neruoso.

Sed tūc dubitabis de hoc qđ dicit ħ Auic. ꝙ medicus dꝫ esse audacioꝛ in admīstrando acetū in mēbro carnoso q̄ꝫ in neruoso. ꝛ dicit hoc ēt īferius. qꝛ acetū saluius est in mēbro carnoso q̄ꝫ in neruoso. Sꝫ si ita esset tūc ergo videt ꝙ in mēbris raris ꝛ mollib⁹ ꝓpeterēt fortiores medicine ꝛ magis īcisiue q̄ꝫ in mēbris duris ꝛ spissis. sed hoc est ꝺ id qđ dcm̄ est supra. ꝛ ꝺ Hal. ēt. i4. de īgenio. ponit enī ibi in capᵒ de cura ap̄atis duri. ꝙ in mēbris spissis sic̄ i chordis ꝛ neruis debēt misceri cū mollitiuis īcisiua sicut acetū. ¶ ꝓ. Aui. dixit p̄us ꝙ cū apostema ē in mēbro vehemētis grossitiei tūc nō est excusatio ab aceto ꝛ maxīe si mēbrū est neruosum. ergo tūc in neruoso magis cōuenit admīstrari acetū ꝛ saluius est q̄ꝫ in carnoso. ¶ Ad p̄mū est dām ꝙ qñ Aui. dicit ꝙ medicᵒ dꝫ ee audacioꝛ ꝛ saluius est administrare acetū in mēbro carnoso q̄ꝫ in neruoso. ītelligit hoc suppoſito ꝙ vtrobiqꝫ cōueniat admīstrari acetū. ſ. vt si ap̄a vehemētis grossitiei sit in mēbro carnoso ꝛ sit in mēbro neruoso: tūc audacius possimᵒ ibi admīstrare acetū q̄ꝫ in mēbro neruoso. qñ ergo dictuꝫ fuit supra. ꝛ Hal. ēt dicit ꝙ in mēbris duris ꝛ spissis ꝯuenit admīstrari acetū in medicinis. ītelligendū est q̄ꝫtū ē ex pte duriciei mēbroꝝ solū nō ītelligēdo ex pte vehemētis ꝛ pauce duriciei ipsiᵒ scliros. nā ītelligendo solū ex pte duriciei mēbroꝝ acetuꝫ dꝫ administrari in mēbris neruosis. in mēbris aūt carnosis nō īdigemᵒ q̄ꝫtū ē ex pte bᵒ. Et iō dicit ibi Hal. in illo capᵒ. ꝙ ī lacertis a nullo poni vidi. ſ. acetū. ꝛ hoc ē. qꝛ lacerti sūt mēbra carnosa. ꝛ ītelligit id dcm̄ ꝙ nō īdigemᵒ q̄ꝫtū ē ex pte duriciei mēbroꝝ cū nō sint mēbra dura sicut sunt nerui ꝛ ligamēta. sed ꝯsiderādo vlteriᵒ ex pte vehemētis grossitiei scliroſis. tūc cōpetit acetū ꝛ in mēbro carnoso ꝛ in neruoso. sed ī carnoso possumᵒ audaciᵒ admīstrare. ꝛ isto mō ītelligit ħ Auic. istā ꝓparationē. ¶ Tūc ad scōꝫ argumētuꝫ tu dicis Auic. dixit p̄us ꝙ si ap̄a est vehemētis grossitiei: tūc nō est excusatio ab aceto ꝛ maxīe si fuerit in mēbro neruoso. ḡ videt dato ꝙ ap̄a vehemētis grossitiei sit in mēbro carnoso ꝛ in neruoso ꝙ sit saluius administrare acetū i neruoso. Rñde ꝙ qñ Auicē. dic supiᵒ ꝙ si ap̄a sit vehemētis grossitiei: tūc nō ē excusatio ab aceto ꝛ maxīe si sit in neruoso qđ ītelligit q̄ꝫtū ad admīstrationeꝫ. qꝛ tūc citius opꝫ ibi admīstrari acetū pp maioꝛē duriciеꝫ q̄ ē ex ap̄ate ꝛ ex mēbro. sed ħ qñ dicit ꝙ medicᵒ sit audacioꝛ in admīstrādo ip̄ꝫ in carnoso ītelligit q̄ꝫtū ad pseuerantiā ꝛ ꝯtinuationē. qꝛ plus possumᵒ pseuerare in carnoso ip̄ꝫ q̄ꝫ in neruoso. p̄mo. qꝛ minus nocet nāe ipsiᵒ. ſcō. qꝛ mioꝛ ē ibi duricies rōne mēbri. vñ nō ita timemᵒ ꝺ ꝯuersiōe ipsiᵒ in lapideitatē ꝓpter ꝯtinuationē aceti in mēbro carnoso sic̄ in neruoso. ¶ Et qñq̄ lenit locus cū aceto. Dic Auic. qꝛ dixit ꝙ admīstratiōe aceti dꝫ fieri eleniatio ꝛ īterpolatio ponit quēdā modū ſm quē hoc fit. ꝛ dic̄. Et qñq̄ lenit locus. ſ. scliroſis cū aceto ꝛ vaporat cū eo. deide post talē vaporationē aceti admīstramᵒ epithima de oppoponaco ꝛ armoniaco q̄ sunt empla resolutiua. qꝛ talis vaporatio aceti icidit ꝛ rarificat mēbrū. vñ ꝓparat ip̄m vt possit virtus medicīe resolutiue melⁱᵒ ip̄imi in mēbrū. ꝛ ideo post ip̄aꝫ dꝫ sequi vtus medicīe q̄ resoluat: deide debemᵒ tūc postea post talē resolonē īterponere empla mollitiua ici piēdo p̄mo a debili mollitiuo donec fiat gradatio vsq̄ ad forte mollitiuū. ꝛ postea debemᵒ admīstrare acetū ꝛ alia empla resolutiua. ꝛ sic debemᵒ facere tales īterpolatiōes ꝛ resolones q̄usq̄ totᵒ hūor resoluat. Deide cū dicit.

¶ Et opꝫ vt administret sup apostema oleum lene in quo non est stipticitas ꝛ est magis q̄ꝫ aqua ꝛ proprie oleum de aneto factum cum aneto humido.

¶ Dic Auic. qꝛ nō dixit ꝙ oꝫ nos venire gradatiꝫ vsq̄ ad lenificationē ꝛ oleū admīstrat in scliroſi cā mollificandi ostendit incidenter ꝙ oleuꝫ cōuenit in scliroſi. ꝛ patet qđ dicit. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et illud duritiei qđ ē in neruis ꝛ chordis curetur cum incisiuis.

¶ In qua parte Auic. post ostendit qūo diuersificat necessitas medicinaꝝ in fortitudine ꝛ debilitate virtutū earū ſm diuersitateꝫ duriciei vehemētis ꝛ pauce ipsius scliroſis: licꝫ ēt aliqd tetigerit de diuersitate mēbroꝝ. In isto .ꝗ. p̄ncipaliter ostendit qūo diuersificat tertia necessitas earū in virtutibus penes diuersitatē mēbroꝝ ꝛ duricie ꝛ mollitie qui duo facit. Primo oñdit cū ḡbus localibus vniuersaliter debet curari scliroſis ſm ꝙ est in membris spissis ꝛ duris. secūdo ponit medicinas in spāli. zᵒ ibi (Et de curationibus bonis.) Dicit ergo p̄mo. Et id duriciei. i. id scliroſis qđ est ī chordis ꝛ neruis curet cū icisiuis. i. curetur ēt miscēdo medicinis p̄dictis incisiua sicut acetum. Et ratio huius est. qꝛ mēbra neruosa cū sint dura ꝛ spissa fit in eis apostema durū ꝛ spissuꝫ magis q̄ꝫ i mēbro carnoso. sic ḡ vt dictū fuit p̄us qñ ap̄a est vehementis grossitiei nō est excusatio ab aceto. simil'r ēt eadē rō est qñ ap̄a est ī mēbris duris. vñ eadem est ratio q̄ꝫtum ad diuersitatem medicinarū ꝛ fortitudinē ꝛ debilitatē virtutū eaꝝ penes grossitiē vehemētez ꝛ paucā ipsiᵒ scliroſis ꝛ penes duritiē ꝛ molliciē mēbri. Et ex hoc apparet qūo diuersificet etiā necessitas medicinaꝝ in fortitudine ꝛ debilitate vtutum eaꝝ penes diuersitatē mēbroꝝ in duricie ꝛ mollicie: qꝛ in mēbro neruoso ꝛ spisso ꝓpetunt fortiores medicine q̄ꝫ ille q̄ cōpetūt in mēbro carnoso ꝛ leni. sicut ēt dictuꝫ fuit p̄us de ap̄ate vehemētis grossitiei. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Et de curationib⁹ bonis ad illud est vaporatio ex lapidibus ignitis lapide molēdini. ꝛ melius quo fit vaporatio ab eo est cū aceto. ꝛ melioꝛ a quo fit vaporatio est marchasita: ꝛ opꝫ vt ad hanc ꝓueniat fūmaꝫ in vaporādo ꝛ sufu migādo donec appareat sudoꝛ: ꝛ q̄ñq̄ linit cū marchasita trita cū aceto ꝛ cōfert.

¶ Dic pōit illas medicias i spāli. ꝛ duo fac̄. p̄ fac̄ ħ. zᵒ. ostēdit qñ ꝛ qūo opꝫ vti istis incisiuis sicut est acetū. vñ eodē mō ꝓcedit hic sicut ꝓcedit in pte p̄ioꝛi. qꝛ eadē est rō. zᵒ ibi (Et opꝫ vt alleuiatio fiat) Dicit p̄mo. Et pꝫ marchasita. i. lapis marchasite. ¶ Deinde cū dicit.

manẽ tus ⁊ aloes ⁊ ſulfur aut tus ⁊ ſulfur: ⁊ fiat pulnis:aut adminiſtreẽ licinium cuꝫ albumine oui:aut ſumaẽ de colcotar.ɔɔ. ⁊ de ture aut minuto turis.viij. ⁊ reſine.viij. ⁊ de gypſo aduſto.viij.aut ſumatur colcotar ⁊ de gypſo: aduſto.viij. Aut ſumatur colcotar eris vſti ⁊ calcadis ⁊ dragãti aduſti ꝓtes equales. Et de bonis ad fluxum ſanguinis ⁊ ꝓprie ex dragan to eſt vt ſumaẽ aloes pars.i. ⁊.ʃ. primũ ambo rum in corpore graui: ⁊ ſm eorũ in corpore le ni ⁊ corticuꝫ turis in corpore graui.dragma.i. ⁊ turis ipſius groſſi pinguis in corpore leui ꝓs .i.ſint cõtenti ſuper ea ambo:aut ſanguis dra conis. ⁊ ſarcocolla conficiantur cum albumi ne oui ⁊ ponantur ſuper pilos leporis. ⁊ pre parentur ſm locum.

¶ In qua parte Auicen.poſtq̃ determinauit de omnibus cauſis ⁊ modis retentiuis fluxus ſanguis determiat ſiue narrat quaſdam medicinas ⁊ ſimpliceꝫ ⁊ cõpoſitas valẽ tes ad fluxum ſanguinis:quarũ queda ſunt cauterizãtes. quedam aũt non.⁊ de illis etiã vna eſt magis ſicce cõple xionis q̃ alia.⁊ hoc facit habendo reſpectum ad diuerſa corpora.narrat ergo quãdam medicinaꝫ que eſt cõpoſita ex medicinis cauterizantib⁹ ⁊ medicinis incarnatiuis.ꝑ quod dicit.aut ſumaẽ ſarcocolla ⁊c. Iſte ſunt medicie ⁊c. cõglutinatiue ⁊ incarnatiue aloes ⁊ thus cum pilis.ſ.lepo ris madidatis in albumine oui ſm q̃ ſciuiſti ſupple ẽ me dicina bona ad retentioneꝫ fluxus ſanguinis. ¶ Eſt autẽ hic aduertẽdum de hac medicina que fit ex thure aloe q̃ eſt medicina ſm q̃ Hal. dicit quinto de ingenio laudabi lior omnibus alys ad reſtringendũ fluxum ſanguis.⁊ do cet ibi Hal.qualem ſubſtãtiaꝫ debet habere. ⁊ etiã modũ compoſitionis eius quantũ ad pondus ſuarũ partiuꝫ.Di cit enim q̃ iſta duo puluerizata cum albumine oui tempe rentur ⁊ ad mellis ſpiſſitudinẽ veniant ⁊ in vellere lepo ris inducta ſuper vulnera imponaẽ: ita tamen vt multe quãtitatis ſint:deinde ligamentuꝫ quater vel quinquies in loco vulneris inuoluaẽ.⁊ tunc Hal.oſtendit moduꝫ cõ poſitionis ipſius.Dicit enim.verũ hanc medicinaꝫ diuer ſe facio.nam aliquando pono partem vnaꝫ aloes ⁊ duas thuris aliquãdo equale pondus.aliquãdo vero duas par tes aloes ⁊ vnam thuris. naꝫ in corporibus ſiccis ⁊ mem bris ſiccis maius pondus aloes inducaẽ in humidis vero ecõuerſo.in medys vero equaliter. Item aliquãdo vice puluueris pono puluerem ⁊ corrices eius.nam puluis thu ris ⁊ corrices eius ſtipticiores ſunt thure. thus tamen me lius eſt in inuiſcando ⁊ cõglutinando. Et ideo cuꝫ vis me dicamen viſcoſum ⁊ oppilatiuuꝫ facere elige thus gũmo ſum ⁊ albuꝫ.⁊ maxime etiaꝫ cum vis hoc facere in corpo ribus lenibus.Sed cum vis medicamen ſtipticum ⁊ ma xime deſiccatiuuꝫ facere ſicut in fluxu ſanguinis ex arta ria.quia artaria indiget magis ſiccis ⁊ ſtipticis q̃ vena po ne puluerem thuris ⁊ corticis eius.⁊ maxime ſi etiaꝫ hoc ſit in corporibus duris ⁊ ſiccis. Et addit Halie. q̃ ideo de hac medicina prolixe diſputauit:quoniam meliorez inue nire nullatenus potui.mirorꝫ quoq̃ ſi aliquis eã inueniat meliorem. vidiq̃ cum ea ſanguinez de pelliculis cerebri fluentem ſemper curari:⁊ eum qui de vulneribꝰ colli flue bat.illum etiã qui de faucibus egrediebatur nullũ in eis ligamen imponens.Et de bonis ad fluxuꝫ ſanguinis pro prie ex draganto quod eſt ex medicinis cauſticis eſt vt ſu

matur draganti aut aloes pars vna.⁊.ʃ. ꝑmum amborum in corpore graui. zm eorum in corpore leui. ¶ Hoc dictũ poteſt dupliciter exponi.vno modo ſic. primum eorum.ſ. dragantum ſupple ſumatur in corpore graui.ſ. in corpore ſicco. zm eorum puta aloes ſupple ſumaẽ in corpore leui ideſt humido. Et ratio huius eſt.qꝛ medicina ſicca com petit corpori ſicco.⁊ minus ſicca corpori humido.mõ dra gantum eſt ſiccius aloe.Alio modo poteſt exponi vt refe ratur hoc ad pondera.⁊ exponitur ſic. Primũ eorum ideſt ꝑmum pondus iſtarum medicinarum.ſ. que eſt pars vna ſumatur in corpore graui.⁊ ſcõm eorum ideſt ſcõm põdus quod eſt pars media ſumatur in corpore leui. vnde ſi vis adminiſtrare dragantum:vt quando.ſ. vis facere medici nam cauſticam ⁊ componere eam cum thure adminiſtra partem.i.ipſius in corpore ſicco. ſed in corpore hũido ad miniſtra partem.ʃ.⁊ thuris partem.i.Si autem vis admi niſtrare aloe ⁊ thus: vt quia velis facere medicinam in carnatiuam ⁊ conglutinatiuam:tunc adminiſtra aloes in corpore ſicco partem.i. ſed in corpore humido partem.ʃ. ⁊ cauſa huiꝰ apparet ex dictis.⁊ corticis thuris. ſupple ſu me cum medicinis predictis in corpore graui.ideſt ſicco partem vnaꝫ.thuris ipſius groſſi pinguis in corpore leui. ideſt humido pars vna.Et cauſa huius eſt.quia cortex eſt ſiccior thure vt dictum eſt.⁊ ideo in corpore ſicco compe tit cortex.in humido autem thus.ſint contenti ſemper ea ambo.ideſt ſint contenta ambo corpora.ſ. ⁊ ſiccuꝫ ⁊ lene. ⁊ ex tali compoſitione medicinarum ſiue velis facere me dicinam cauſticam:ſiue velis facere medicinam glutina tiuam.⁊ viſcoſam.quia in vtroq̃ corpore fit cõpoſitio me dicinarum reſpiciendo complexionem naturaleꝫ ipſoꝝ. aliud quod Auicen.dicit patet ⁊c.

¶ Explicit tractatus ſecundus de vulneribus. Incipit tra ctatus tertius de vlceribus.

¶ Sermo vniuerſalis de vlceribus. CAP. I.

Vlcera generãtur a vulneribus ⁊ ab exituris eruptis ⁊ a puſtulis: ⁊ ſolutio cõtinuitatis in carne quã do facit ſaniem ⁊ pus nomina tur vlcus.

¶ In precedẽtibus tractatibus Auic. de dit moduꝫ curatiõis ſoluonis cõtinuitatis q̃ eſt attritio ⁊ cõ tuſio ⁊ ſiliuꝫ ipſi ſm q̃ accidũt in membris carnoſis. In pte iſta q̃ eſt tractatꝰ tertiꝰ.ſen q̃rte dat mõꝫ curatiõis ſo lute cõtinuitatis in mẽbris carnoſis q̃ dicit vlcus. Et diui ditur hec pars in ptes duas. In ꝑma parte determinat de vlceribꝰ oſtẽdendo modũ generatiõis coꝝ ⁊ differẽtias ⁊ diuerſitates q̃ in eis cõtingũt.in ſcõa docet modũ curatio nis eorũ ſm oẽs illas diuerſitates. ſcõa ibi (Scias q̃ oia vlcera idigent exiccatõe quadã) Prima in duas.ꝑmo po nit moduꝫ ſm que generaẽ vlcera ⁊ cauſas coꝝ. oñdit ẽt quid eſt vlcꝰ.ſcõo oñdit diuerſitates q̃ cadũt in vlceribꝰ ⁊ cauſas ẽt accidẽtiũ quorũdã q̃ in eis cõtingunt. zª ibi (Et vlcera ſunt apparẽtia ⁊ ſunt habẽtia pfunditatẽ) Prima in duas.ꝑmo oſtẽdit cãs ⁊ modos generationis vlceris.⁊ oſtendit etiaꝫ quid eſt vlcus.ſecundo. quia ad vlcus con ſequitur ſanies ⁊ pus oſtendit cauſas propter quas gene ratur pus ⁊ ſanies in vlceribus.ſecunda ibi (Et non facit pus ⁊c) ¶ Circa ꝑmam partem intelligi debet vt habea tur intentio Auicen.q̃ differentia eſt inter vulnꝰ ⁊ vlcus. qꝛ vulnꝰ dicit̃ eſſe ſolo cõtinuitatis ſenſibilis: cũ nonduꝫ ſit in ipſo gñatio ſanici.ſz vlcus dr̃ eſſe ſolo cõtinui manifeſta ⁊ ſenſibilis:cũ in ipſa ſit generatio ſanici large ſumẽ do ſaniẽ ſiue ſit bona ⁊ laudabilis ſiue mala. ſz vlcꝰ dr̃ eẽ ſolutio cõtinuitatis manifeſta. ⁊ iõ vulnus dr̃ cõmuniter

ſolo ꝯtinui ex recēti tpe facta abſq; q; ibi ſit aggregatio ſa
niei. vlcus aūt ē ſolo ꝯtinui. vbi gra. ſic̄ qñ iā in vulnere pp
aliqđ accñs fit aggregatio būiditatis q̄ ꝯſolidationē ei⁹ p/
hibz. ꝛ hic ē ēt q; vulnera trāſeūt in vlcera: nō aūt ecōuer/
ſo. Ex q̄ vlteri⁹ manifeſte appz q; cuz gnātio ſaniei fiat ex
aliq̄ mā defluēte ad mēbr̄. vel aggregata in mēbro q̄ pfe
cte cōuerti nō pōt. Iſta aūt mā cū diſruptiōe carnis eē nō
pōt niſi aut in vulnere aut in ap̄ate qđ aggregat ſaniez. qz
tunc in ipſo fcā eſt manifeſta diſruptio in carne aut cū hu/
moꝛib⁹ acutis ex qbus accidit carnez coꝛrodi ꝛ diſſolui ex
qbus humoꝛibus fiūt puſtule coꝛroſiue. hoc ē qđ Auicen.
dicit. vlcera tñ gnānt̄ ex trib⁹. ſ. aut a vulnerib⁹ aut ab exi
turis cū ſunt coꝛrupte aut ex puſtulis ſupple a qb⁹ accidit
ambulatio ꝛ coꝛroſio in mēbro: q̄lia ſunt pꝛuna ꝛ ignis pſi
cus ꝛ ſi/lia. ꝛ illud cōcoꝛdat ei qđ ipſe dixit ēt in z⁹ fen. p̄mi
canōis. q; cāe vlcerū aut ſunt ap̄ata q̄ aperiunt̄ aut plaga
aut bothoꝛ q̄ ſe comedūt ex qb⁹ vlteri⁹ manifeſte appz q;
vlcera a cā p̄mitiua īmediate gnāri nō pñt ſic̄ vulnera. qz
in p̄mo occurſu cāe diſrūpētis ſol'onē ꝯtinui nō eſt pol'e ſa/
niē gnāri. ſz. ſ. vlcera oia gnānt̄ a cāis coꝛpoꝛeis. ¶ Scđo
vlterius appz q; in vlceꝛib⁹ p̄p̄e dcis semp ē aliqd cū ſolu
tiōe ꝯtinui ꝯiunctū qđ īdicat diuerſuz modū curationis a
curatiōe q̄ debet̄ ſol'oni ꝯtinui. vñ eſt ſol'o ꝯtinui. ſz cū vul
neribus nō eſt alia diſpō cōiuncta q̄ īdicet aliud medica/
men debere admīſtrari qđ ſit alteri⁹ nāe ab illo qđ curat
ſol'onē ꝯtinui. ꝛ ꝓpterea vuln⁹ cū q̄ ē depditio carnis cuz
ſolū in eo ītēdit̄ gnātio carnis adhuc dr̄ vuln⁹. Cū aūt pp
aliqđ accñs accidit mltiplicari būiditatē in loco rōne cui⁹
cōuenit poſtea ſibi mūdificatio ꝛ abſterſio q̄ nō cōpetit ſo
lutiōi ꝯtinui vñ ſol'o ꝯtinui eſt dr̄ vlc⁹. ¶ Et ꝓpterea eſt i/
telligēdū vlteri⁹ q; vlc⁹ nō īmerito pōt dici ſol'o continui
manifeſta ꝯpoſita. vuln⁹ aūt ſol'o ꝯtinui ſimplex manife/
ſta. ſimplex nō qdē: qz in īpo nō poſſit cadere ꝯpoſitio alte
rius moꝛbi. qñ in vulnere a quo fcā ē depditio carnis pp
ic̄iſionē eſt ꝯpō alteri⁹ moꝛbi: ſic̄ dic̄ Hal. in teg. ꝛ 3°. de īge.
ſani. ſz dr̄ ſimplex: qz pp talē ꝯpōnē nō īdicat̄ diuerſus mo
dus medicaminū admīſtrari debere. nā ſz pp ꝯpōnem ſit
ibi diuerſa ītētio: hāc tñ diuerſaz ītētionē vn⁹ modus me/
dicamē ꝯplet. Ulc⁹ aūt dr̄ ꝟ mō eē ſol'o ꝯtinui cōpoſita. ꝛ
ꝓpterea ſub tractatu vlcerū ꝯprehendit̄ modus curatio/
nis fiſtulaꝝ cauernarū ꝛ vlcerū putidoꝝ. ꝛ vl'r oīuz cum
qbus alia diſpō ē ꝯiūcta: rōne cui⁹ iudicat̄ diuerſuz medi/
camē admīſtrari debere. ꝛ hec ē ītētio Auic. ſiquis ſubtil'r
aduertat. 4°. fen. p̄mi canōis ca°. de ſol'one ꝯtinui. Iſta etiā
pñt ex̄bi ex his q̄ dicunt̄ 3°. ꝛ 4°. de īge. ſani. Et p ꝯpleta de/
claratiōe iſtoꝝ recurras ad ſcriptū qđ ibi fecimus putans
nō min⁹ eē vtili⁹ iſto. Scđo itellige q; qñ Auic. dic̄. ꝛ qñ fa
cit ſaniē ꝛ pus noīat̄ vlc⁹ q; ſanies vr̄ ꝟ referri ad ſaniem
laudabilē: pus āt refert̄ ad illaudabilē. Uez ē q; aliqñ au
ctoꝛes cōiter vtroq; mō vtunt̄ ad vtrūq;. Deide cuz dicit.

¶ Et non facit pus niſi ꝓpterea q; cibus qui ve
nit ad ea cōuertitur ad coꝛruptionē ꝓpter debi
litatez membꝛi: ꝛ quoniā ꝓpter debilitatē ſuā
reſoluūtur ad ipſuz ꝛ attrabuntur verſus ipm
ſuperfluitates membꝛoꝝ vicinantiū ei: aut pꝛo
pter vnguēta mollificantia membꝛū ꝛ liniētia
ipm cū būiditate ſua ꝛ vnctuoſitate ſua.

¶ In iſta pte qz ī vlceꝛib⁹ gnātur ſanies aut pus oñdit cau
ſas p q̄s gnātur ſanies et pus in vlceꝛib⁹. ꝛ duo facit. p̊ po/
nit cāz gnāl̄ē pp quā gnātur ſanies in vlcere. z°. in ſpāli oñ/
dit cāz gnātiōis ſaniei illaudabilis: ꝛ oñdit diuerſitates q̄
in ipa ꝯtigūt. z⁹ ibi. (Et q; ē de gñe pus ſubtile ꝛc̄.) ¶ Cir
ca p̄mā pteꝛ eſt itelligendū q; duplicē ponit cām p quā ſa/
nies generatur in membꝛo. ynā gdē cāz ponit q̄ ē ſic̄ p̄nci

palis cā. aliā vo cāz ponit ſic̄ coadiuuantē ad ꝟ. Cā qdem
p̄ncipalis ē debilitas vtutis nutritiue. q̄ qdē pp duo eſt cā
gnātiōis ſaniei. nā in ſanie duo ꝯtingūt vel ꝯcurrūt. vnuz
qdē eſt būiditas que ſubycit̄ p mā ipſa. ſcōm eſt alteratio
diminuta cū putrefactiōe pmixta. nūc aūt debilitas virtu
tis eſt cā q̄re multiplicēt̄ in mēbro būiditates iq̄tū de/
bilitas mēbꝛi eſt cā vt ad ipz expellant̄ ſupfluitates alio/
rum mēbꝛoꝝ. inq̄tum ēt eſt cā vt in ipſo mēbro detineat̄
ſupfluitas nutrimenti. ꝛ inq̄tum etiā eſt cā vt nutrimētū
totū qđ venit ad mēbꝛū nō poſſit ſm ſui totum cōuerti in
ip̄m. vñ remanēs in ipſo multiplicant̄ humiditates in eo.
Debilitas aūt vtutis eſt cā vt in tali būiditate pfecta non
fiat ꝯuerſio. ꝛ qz pp debilitatē būiditates q̄ fiunt in mem/
bro nō p̄ñt regi pfecte a caloꝛe nāli cōuenit q; in talib⁹ hu
miditatib⁹ inſit caloꝛ extrane⁹ pp quē aliqs modus putre
factiōis exiſtat ex quo cōuenit q; būiditates in ſaniē ꝯuer
tant̄. cā aūt coadiuuās ad gnātionē ſaniei ē medicia mol/
lificans ꝛ lenificans membꝛuz cum humiditate ꝛ vnctuo
ſitate. hec enim coadiuuant ad hoc vt humiditas conten/
ta in membꝛo efficiatur ſanies ꝓpterea quia ſaniatio vt
dictum eſt cum quadam putrefactione conſiſtit. putrefa/
ctio autem ſicut dicitur quarto de ingenio ſanitatis fit cū
calido ꝛ humido. quia que putrefiunt vt ſic ſunt calida et
humida ꝓpter qđ cuz talia medicamina caliditate ꝛ hu
miditate participent diſponunt humiditatem vt in ipſa i/
ducatur alteratio que in generatiōe ſaniei cōcurrit. ꝛ hoc
eſt qđ dicit Halienus quarto de inge. ſanitatis. qđ in vul/
neribus cōtuſiuis in quibus ſanies debet generari tetra/
farmacum ꝛ omnia calida ꝛ humida in eis ſaniē feſtināt.
Ex quibus verbis poſſumus accipere qđ medicina gene/
rans ſaniem eſt duplex. quedam eſt generans ſaniez. quia
caloꝛem naturalem in membꝛo multiplicat ꝛ ipm conſer
uat ꝓpter caliditatem temperatam ꝛ viſcoſitatem ſuaz.
Et iſte quidez ſunt que adminiſtrantur in apoſtematibus
cum maturatiōe īdigent de quibus facta eſt mentio mul/
totiens ſupꝛa in ca°. de medicinis maturatiuis. Alia vero
eſt medicina generans ſaniem. quia diſponit humiditatē
ad alterationem ſimilem illi que fit in generatione ſaniei
que alteratio eſt cum putrefactione permixta. ꝛ tales me/
dicine adminiſtrantur in vulneribus vel in vlceribus in
quibus indiges ſaniem generare. ꝛ de talibus medicinis
hic fit mentio que ſunt mollificantes ꝛ lenificātes mem/
brum ꝛ que ſunt humide vnctuoſe. vnde ꝛ tales in omni/
bus vlceribus multiplicāt ſaniem. Deinde cum dicit.

¶ Et qđ eſt de genere pus ſubtile noīat̄ virus:
ꝛ qđ eſt groſſum noīat̄ ſordities: ꝛ eſt res ſpiſ
ſa coagulata alba: aut ad nigredinem decliuis
aut ſicut fex.

¶ In iſta parte in ſpeciali oſtēdit cauſas ꝓpter quas con
tingit ſaniem generari in vlceribus que eſt ſanies illauda
bilis. ꝛ oſtendit etiam diuerſitates talis ſaniei illaudabi/
lis. ꝛ pꝛimo facit hoc. ſecundo ponit quoddam incidens in
quo oſtendit diuerſum modum curationis penes diuerſi/
tatem ſaniei illaudabilis in vlcere exiſtentis. ſecunda ibi.
(Et virus quidem indiget ꝛc̄.) ¶ Circa pꝛimam partem
intelligendum eſt q; Auicēna in his verbis vult oſtende/
re diuerſitatem que competit in ſanie illaudabili. hec au/
tem diuerſitas eſt ex parte coloꝛis ꝛ ex parte ſubſtantie.
Ex parte coloꝛis quia quedam eſt alba non habens veraz
albedinem. quedam autem eſt nigra. quedam autem eſt
habens coloꝛem fecis. ꝛ ſimili modo intellige de alys di/
uerſitatibus que poſſunt fieri ex parte coloꝛis illaudabi/
lis. Ex parte autem ſubſtantie eſt. quia quedam eſt ſubti/
lis valde ꝛ iſta ꝓpꝛio noīe vocatur virus. quedam aūt eſt
groſſa valde coagulata ꝛ ſpiſſa valde. ꝛ iſta ꝓpꝛio nomie

vocaꝫ ſordes:ſiꝯ dicit Auicē. Ex qbus verbis habeꝫ q ſanies que tz mediū iter oia iſta dicīt ſanies noīe abſoluto. Dr̄ia āt ē iter vir⁹ ꝛ ſordē ſiꝯ hic inuitur ab Auicē. ꝛ ex pte materie ꝛ ex parte agētis. Ex pte qdē māe qz ſordi ſubyci tur ꝑ materia humiditas groſſa ꝛ viſcoſa flegmatica. mā aūt virus eſt humiditas calida ſubtilis. Ex parte aūt agē tis eſt differētia. qz ad virus cōcurrit multa caľitas putre dinalis. in ſorde aūt eſt diminuta caliditas ꝑpter māz fri gidā ex qua cauſaꝫ. ¶ Aduertēdū tamē vlterius ne erra re cōtingat q quādo dictuz eſt q ſanies laudabilis tenet mediū iter virus ꝛ ſordem. nō ſic eſt itelligendū quin ibi nulla cadat diuerſitas. Nam dictū eſt in 3°. de igenio ſani tatis. q in quolibz vlcere q̄tumcunq; ſit laudabile gene rantur due ſupfluitates: quarū vna ē groſſa ꝛ altera ſubti lis. Et ꝑpterea dictuz ē ibi q in omni vlcere indigemus medicina exiccante ꝛ etiā abſtergēte. Cū ergo iſta duplex ſuperfluitas ſubyciatur etiā ꝑ mā ſaniei laudabili mani feſtum eſt q in ſanie laudabili adhuc eſt aliquid ſubtile ꝛ aliqd groſſuz. ſed tamē ſubtile ꝛ groſſum qđ in ipſa eſt nō ꝓprie dicīt virus nec ſordes de qbus hic itelligit Auic. qz in viru ꝛ ſorde ſupponīt aliquid ꝑ mā cui nōduz eſt do miniū calidi nālis. ſz oīno eſt mā extranea ipſi. Pro perfe cta aūt declaratiōe iſtoz recurras ad ſcriptum quē feci ſu per libro de ingenio ſanitatis. Deinde cum dicit.

¶ Et virus quidem non generatur niſi ex ſubti litate humoruz aquoſorum: et ipſoruz calido: et ſordities generatur ex groſſitie humorū. Et virus quidem multiplicatur cum generatione apoſtematis: et virus eget exiccante: et ſordi ties abſtergente.

¶ In pte iſta ipſe ponit quoddā icidens in quo oſtendit di uerſitatē modi curationis q debeꝫ vlceri rōne virulētie ꝛ ſordis. qm̄ in vlcere rōne virulētie debeꝫ vehemēs exic catio vltra illā que debeꝫ vulneri vnde vulnus. rōne aūt ſordis debeꝫ vehemēs abſterſio vltra illā que debeꝫ vul neri vī vulnus eſt. Ratio aūt q̄re vlceri debetur exicca tio rōne virulentie eſt. qz virulentia ꝓhibet cōſolidationē ꝛ naſcentiā carnis iq̄tum humiditas cui cōtraria eſt exic catio. ſordes aūt ꝓhibet cōſolidationē ꝛ naſcentiaz carnis inq̄tum adheret ꝛ ꝯglutinaꝫ oꝛificys poꝛoꝝ carnis. huic aūt eſt cōtraria abſterſio: ꝑpter quod in vlcere rōne viru lentie debeꝫ exiccatio. rōne vero ſordis abſterſio.

¶ Et vlcera ſunt apparentia et ſunt habentia ꝑ funditatem. et vlcus quod ꝑfunditatem habz nō euacuatur quin aut iam īdurata ſit caro cir cundans ipm et noiatur fiſtula et eſt ſicut cāna penetrans in membrū: aut nō iduraꝫ aliquid et nominatur abſconſio ꝛ cauerna. Et quādoq; dicunt quidam abſconſionem illud quod elon gatuz eſt ſub cute ꝛ ſeparatur ab ea cutis: ꝛ ca uernam illud qđ inflectīt ſub carne ꝛ dilatatur in ea. Dicunt quidam: imo dilatatuz eſt cauer na ꝛ ſtrictum ꝑfundum fiſtula. ꝛ non eſt con trarietas in nominatione. Et quando eſt duri ties ſuper vlcus apparens noiatur vlcus oſtra cinuz. Et fiſtula quidē mala eſt illa que nō ſen tit: ꝛ ſm quantitatem elongationis eius a ſen ſu erit eius malitia. Et de ipſa quedaz eſt equa lis et de ea eſt quedam obliqua.

¶ In pte iſta vt dicebaꝫ ꝑus oñdit diuerſitates ꝛ differen-

tias que in vlcerib⁹ cōtingunt ſm q̄s diuerſificaꝫ modus curationis eoꝝ. ꝛ cōparat vlcera in bonitate ꝛ malitia ſm illas diuerſitates. ¶ Circa quā ꝑtez vt itelligaꝫ intentio Auic. itelligēdū eſt q iſte diuerſitates quas ponit ꝟ Auic. ſiꝯ declarat Hal. 3°. de īge. ſani. finali cap°. nō ſunt ꝑpe dr̄ie ſoľonis ꝟtinui vī ſoľo ꝟtinui eſt. ꝑpterea qz tales diuerſi tates ſumunt ex ꝟpōne morboꝝ alioꝝ cū vulnere accīdiū q̄ nō ſunt ꝑpa ſoľoni ꝟtinui. vel ꝟpōne cārū aliquarū hūo raliū cū ſoľone ꝟtinui ſine q̄rū curatiōe ſoľo ꝟtinui curari nō pōt. Et ꝑpterea īdicatio curatiua q̄ a talib⁹ ſumīt ē īdi catio q̄ nō ꝓtinet ad īdicatōez curatiuā q̄ ſumīt ab eēntia vulneris vī vuln⁹ ē vel vī ſoľo ꝟtinui eſt. ſolū. n. ille dr̄ie ſunt ꝑpe dr̄ie ſoľonis ꝟtinui: vī ſoľo ꝟtinui ē: q̄ ſumunt a ꝑpꝛys accīdiib⁹ ſoľonis ꝟtinui vī ſoľo ꝟtinui ē. q̄ nō īdicāt aliud eēntialr in curatiōe ab eo qđ ſoľo ꝟtinui īdicat: lz q̄n dā diuerſitatē īdicēt i curatiōe ipſi⁹. tñ diuerſitas illa eēn tialr nō ē ſiꝯ ſūt dr̄ie ſumpte a magnitudie ꝛ paruitate ſo lutiōis ꝟtinui ꝛ figura ipſi⁹ ꝛ ꝑfunditate. qz. ſ. ſit ꝑfunda ꝛ ſupficialis. ꝛ ab eq̄litate ꝛ ieq̄litate ipſi⁹. Iſte. n. diuerſita tes aliquo⁹ diuerſificāt curatiōez ſoľonis ꝟtinui: ſiꝯ appa ruit ſupꝛa i ca°. de curatiōe vulneruz. tñ hec diuerſificatio nō ē penes aliud qđ debeꝫ ſoľoni ꝟtinui vī ſoľo cōtinui ē. iō tota hᶜ diuerſificatio ē ſolū i mō curatiōis q debeꝫ ſoľo ni ꝟtinui vī ſoľo ꝟtinui ē. Sz dr̄ie ꝛ diuerſitates vulnerū q̄ ſumunt ex ꝟpōne alteri⁹ morbi cū eo vel accīdiis alteri⁹ ſiꝯ doloꝛis vel ꝟpōne alic⁹ cāe hūoralis. Iſte qdē nō ſūt ꝑ ꝓprie ſoľonis ꝟtinui: ab eis ſumīt alia īdicatio curatiua q̄ ꝑ il la q̄ debeꝫ ſoľoni ꝟtinui vī ſoľo ꝟtinui ē. ꝛ qz vt hītū ē ꝑius in iſto tractatu tradīt modus curatiōis ſoľonis ꝟtinui rō ne eoꝝ q̄ ꝟponunt cū ipſa q̄ ꝓhibēt ſanatiōez ei⁹. Idcirco in ꝟ ca°. ponunt tales diuerſitates ꝛ dr̄ie ſoľonis ꝟtinui. ſz in ca°. curatiōis vulneꝝ in q̄ tradīt modus curatiōis ſoľo nis ꝟtinui vt cū ipſa nō aliō ꝓhibēs ei⁹ ſanatiōez ꝟiungīt: poſuit dr̄ias ꝛ diuerſitates q̄ fiūt in vulnerib⁹ q̄ ſunt ꝑpe dr̄ie vulneris vī vuln⁹ ē ſiꝯ ibi apparuit. ¶ 2°. ē itelligen dū q Aui. lz mltas diuerſitates vlcerū ponat penes talia q̄ ꝟponunt cū ſoľone ꝟtinui q̄ idicāt aliqd diuerſuz a ſoľo ne ꝟtinui. tñ oēs tales dr̄ie ꝛ diuerſitates i gñe ſiꝯ exꝫbīt ex bis q̄ bñtur 3°. de ige. ſa. Ha. ꝑ ca°. pñt reduci ad tres. Nā ea q̄ ꝟponunt cū vulnere a qb⁹ ſumūt tales diuerſitates aut ſumūt ab ipſis q̄ ſūt ſiꝯ cāe nēcie i curatiōe vulneris ꝛ ex coꝛruptōe iparū augeꝫ vlc⁹ ꝛ ꝓhibeꝫ ſanari. aut ſumunt ab bis q̄ ꝟponunt cū vulnere ſine q̄rū curatōe vuln⁹ cura ri nō ꝑt. Aut ſumūt ab bis q̄ ſupueniūt vulneri rōne q̄ruz vuln⁹ dr̄ ee ꝑiculoſū ꝛ magnū. vnde ex magnitudie ꝛ picu loſitate īdicaꝫ ibi alia itētio curatīa q̄ illa q̄ ꝟpetit vulne ri vī vuln⁹ ē. Si qdē tales dr̄ie ꝛ diuerſitates ſumūt a pri mis tūc iſte videnī ſumi ex duob⁹ ꝟ q̄ duo videī ꝟcurre re vt cāe imediate ad ſanatōez vlceris q̄rū vnū ē ſiꝯ agēs ꝛ hᶜ ē ꝟpo. nā ſine ꝟpone laudabili nō ꝑt ꝟſolidatio q̄ eſt actio nāe fieri. Aliud vo ꝟcurrit ſiꝯ mā. ꝛ ꝟ ē vt ſanguis ſit laudabilis i q̄to ꝛ i q̄li ꝑ qđ tales dr̄ie ſumūt aut ex mō ꝟpone: vtputa: qz cū vlcere ꝟiūgaꝫ mala ꝟpo vel calida vel frida vel ſicca vel q̄cūq; ſit illa. Aut ſumunt ex diſpō ne ſanguis q venit ad vulnera: vtputa: q̄ in vlcere defluat ſāguis peccās vľ i q̄to vľ i q̄li. Et ꝟ ꝑm mōz dicim⁹ qđ vlce rū q̄dā ſūt dura q̄dā caľa q̄dā frida ꝛ q̄dā mollia ꝛc̄. ꝟ āt ſcōm moduz dicimus q vlcerū q̄dam ſunt munda q̄dam īmunda q̄daz virulenta ꝛ q̄daz ſordida. Si aūt tales dif ferentie ꝛ diuerſitates ſumantur ex bis ſine quoruz cura tione vulnus curari nō pōt. ꝛ illa ſunt multa ſiꝯ ſunt mul ta que cōiungi poſſunt cū vlcere ſine quoꝝ curatione vl cus curari nō pōt quoꝝ q̄dam ſunt accīdia ſicut dicimus iſto modo q vulnerū q̄dam ſunt cū doloꝛe q̄daz vero ꝓ uata doloꝛe ꝛc̄. Quedā vo ſunt egritudines alie ſicut dici mus q vulnerū q̄dam ſunt apoſtemata ꝛ q̄dā ꝑuata apo-

stemate ꝛ q̃dam sunt cõtusiua ꝛ q̃dam nõ.ꝛ q̃dam sunt cũ pustulis malis ꝛ q̃dam nõ.ꝛ q̃dam sunt cũ q̃dam causa vl̃ ad modũ cause humoralis: vt dicimus ꝙ vlcerũ q̃daꝫ sũt putrida:ꝛ q̃daꝫ virulenta:ꝛ q̃dam corrosiua ꝛc̃. ¶ Si aũt tales dr̃ie sumantur ex his rõne quarũ vlcera dicunt̃ periculosa ꝛ magna.sic hoc est tripl̃r ꝑm ꝙ vuln⁹ põt dici magnũ ꝛ piculosuꝫ tripl̃r vt apparet q̃rto de igenio sanitatis. ¶ Nã aut est piculosuꝫ ꝛ molestũ rõne nobilitatis membri in quo fit.ꝛ isto mõ sumit̃ diuersitas in vlcerib⁹ penes membra nobilia in q̃bus cũ accidunt vlcera sunt suspecta ꝛ timorosa.sicut cũ vulnera accidũt in membris neruosis aut in sipbach aut dyafragmate ꝛc̃. ¶ Aut vulnus vel vlcus est piculosuꝫ rõne magnitudinis eius.ꝛ isto mõ ponit̃ infra ꝙ vlcera rotũda sunt piculosa ꝛ peiora alys. q; quodã modo q̃ꝛtuꝫ est ad hoc sunt maiora alys sicut appꝫ iferius.ꝛ sic̃ etiã vlcera q̃ꝛto sunt magis ꝓfunda in membro tãto sunt peiora. Aut enim vlcus est piculosuꝫ rõne malignitatis ꝛ pessimitatis. Sic isto modo dicimus q̃dam esse vlcera cancerosa.ꝛ q̃dã sunt cũ putrefactione ꝛ corruptione membri.ꝛ q̃dã sunt corrosiua ꝛ similia: sicut herpes hestionicus ꝛ similia. Tales ꝯ diuersitates vlcerũ hic itẽdit ponere Auic.sꝫ ipsas Auic.per istum modũ ordinate non ponit: sed eas itermiscet. Omnes tam̃ quas ponit possunt reduci ad aliquã istarũ diuersitatũ sicut hec omnia declarata sunt ꝓfecte in scripto quem fecimus sup̃ libro de igenio. ¶ Dis ꝯ premissis dicemus ꝙ in ista ꝑte in qua Auic. ponit tales diuersitates ꝛ differentias vlcerũ Auic.sic ꝓcedit. In p̃ma parte tãgit diuersitates que accidũt vel cõtingunt in vlceribus maxime rõne eoꝝ que sunt vt causefaciẽtes ad sanationẽ eoꝝ sine quoꝝ curatione vlcera curari non possunt.ꝛ etiã rõne eoꝝ q̃ vlcera faciunt molesta ꝛ timorosa ex parte pessimitatis ꝛ malitie vlceris ꝛ ex parte membri in quo est vlcus. Scõo ostendit que vlcera proprie sunt suspiciosa ꝛ molestiosa rõne q̃ꝛtitatis eius ꝛ preciue in q̃bus corporibus sunt molestiosa. scõa ibi. (Et vlcera q̃dez praue curationis sunt rotunda.) Prima in duas. p̃mo ponit illas diuersitates ꝛ differẽtias. scõo qr in ponẽdo illas diuersitates ꝛ differẽtias ostẽderat que sunt cause ꝓpter quas vlcera ꝓhibẽtur a sanatione ipsoꝝ illas reducit ad ordinẽ ꝛ in summa ostendit que sunt cause in genere ꝓpter quas vlcera difficilis curationis existunt. scõa ibi. (Et cause que cũ accidunt corrumpunt vlcera.) Pria in duas. Primo premittit illas causas ꝛ diuersitates que contingunt in vlceribus. scõo reddit cãm quorũdam accidentium cõtingentiũ in vlceribus penes aliquã illarũ diuersitatum. scõa ibi. (Et quãdo sanant̃ vlcera: deinde redeunt.) Prima in tres. Primo p̃mittit illas diuersitates ꝛ differẽtias. in scõa parte ponit quoddã signuꝫ ꝓprium ꝙ quod cognoscimus quãdo in vlceribus predictis in q̃bus est malitia ꝛ corruptio ꝛ rectificatio cõuenit. in tertia ostẽdit in q̃bus corporibus vlcera sunt bone cõsolidationis ꝛ in quibus ꝓhibetur cõsolidatio ipsoꝝ: sed apta vt in vlceribus eoꝝ coniungatur aliqua ex predictis causis facientibus vlcera difficilia ad sanãdum. scõa ibi. (Et de signis bonis.) 3ª ibi. (Et corpora susceptibiliora curationis.) prima in duas. p̃mo premittit diuersitates ꝛ differẽtias vlcerũ q̃ diuersitates ꝛ differẽtie sumunt̃ magis rõne causarũ a quibus dependet sanatio vlceris ꝛ que diuersitates sumuntur etiam ab eis que componunt̃ sine quoꝝ curatiõe vlcera curari nõ possunt. scõo ponit diuersitates ꝛ differẽtias in vlceribus rõne eoꝝ que reddunt ea suspecta ꝛ molesta ꝓpter malitiam eorum vel ꝓpter nobilitatem membri in quo fiunt. scõa ibi. (Uulnera autez que accidere faciunt spasmũ.) Prima in duas. Primo ponit differentias ꝛ diuersitates vlcerũ. scõo ponit quedã signa ꝑ que docet cognoscere vlcera in q̃bus est malitia ꝛ corruptio. ꝛ in quibus nõ est malitia neq; corruptio. scõa ibi. (Et vlcera quidem dura icipiẽtia.) Prima in duas. p̃mo ponit vnũ modum diuersitatis in vlceribus. secũdo ponit aliuꝫ. Et oẽs isti modi predicti diuersitatis accipiuntur penes predicta que possunt componi cum vlceribus a quibus ꝓhibetur sanatio vlceris sicut dictum est superius. scõa ibi. (Et vlcera qdem diuiduntur.) Prima in tres. p̃mo ponit illum modũ diuersitatis in vlceribus. scõo quia in illo modo diuersitatis in vlceribus ꝑm opposita est vlcus qõ dicit̃ fistula.ꝛ hoc est vlcus ꝓfundum qõ peruenit ad membra posita in fundo docet distinguere per signa ad qõ mẽbrũ positum in ꝓfundo peruenit vlcus. tertio penes cognitionem talis vlceris docet certificare quoddam ambiguuꝫ. scõa ibi. (Et que vadit ad neruum.) tertia ibi. (Et multotiens sunt fistule.) Prima pars habet plures partes: sꝫ nõ est hic curandum de diuisione partiũ minutaruꝫ dũmodo habeantur p̃ncipales intentiones totius capituli. Dicit ergo p̃mo. Et vlcera ꝛc̃.ꝛ nominatur fistula: ꝛ est sicut canna ꝛc̃. ¶ Circa hoc verbum est intelligendum ꝙ hoc nomen fistula dupliciter accipitur. vno modo cõmuniter ꝛ large.ꝛ isto modo fistula videtur esse quodcunq; vlcus difficilis sanationis ꝛ consolidationis: ꝓpter qõ inueterascit cum antiquatur. Alio modo accipitur fistula ꝓprie.ꝛ isto modo fistula est vlcus difficilis sanationis cum quo est caro infiltrata ꝛ dura habens concauitatem ꝛ ꝓfunditatem in membro ad modum cancri.ꝛ has duas significationes fistule videtur insinuare Albucasis cum diffinit fistulã dicẽs. Scias ꝙ oẽ vlc⁹ aut apa qõ inueterascit cũ antiq̃tur cũ fit vlc⁹ ꝛ nõ solidat̃ ꝛ emittit pus sp ꝛ nõ abscindit̃ tũc noiat̃ i q̃cũq; mẽbro fuerit fistula. Et nos noiam⁹ çucheñ ipꝫ. Et ꝑ dixit q̃ꝛtũ ad p̃mã acceptionẽ eius ꝛ subdit loq̃ndo de fistula ꝑm ꝓpaꝫ ꝛ strictã acceptiõez ei⁹. Et fistula qdẽ ꝑm vitatẽ ẽ nodatio ifiltrata dura ꝛ alba c⁹ cauitas pẽne anseris.ꝛ ꝓp ꝑ noiant q̃dã eã vsa. i. pẽnã.ꝛ Aliabas loq̃ndo de fistula ꝑm largam acceptiõez ꝛ cõez ei⁹ dic̃. Q̃ñcũq; vlc⁹ trãsit. xl. diẽ ꝛ nõ sanat̃ fit fistula. Et q̃ñq; dicũt q̃dã. ponit itẽtionẽ q̃rũdã. s. medicoꝝ veterũ circa significatõez p̃dcõꝝ noiuꝫ q̃ itẽtio reuertit̃ i eodẽ cũ illa quã dixit vl̃ dixerat. Et iõ sub⁹ qõ nõ ẽ ꝺrietas i hac noiatiõe. Et q̃ñ ẽ durities sup vlc⁹ apparẽs. i. mãifesta tur in ptib⁹ circũstãtib⁹ eẽ in ipso vlcere noiat̃ vlc⁹ ostrachinũ.ꝛ dr̃ ab ostraca qõ ẽ cõcula marina. vñ q̃ñ in tali vlcere ẽ durities mꝫta sic̃ i ostraco: idcirco tale vlc⁹ dr̃ ostrachinũ. Et fistula qdẽ mala ẽ q̃ nõ sentit ꝓpterea qr significat̃ eẽ fcã corruptio ꝛ mortificatio in carne. Et de illa q̃dã ẽ eq̃lis. i. recta icidẽs i carnẽ ꝑm lõgũ ꝛc̃. Deide cũ dicit.

¶ Et que vadit ad neruũ dolet vehementer ꝛ proprie quando tangit eius inferius cum tenta: ꝛ fortasse difficilis fit opatio illi⁹ membri ꝛ est humiditas subtilis tẽuis sicut fit ad illa que puenit ad os.ꝛ quãdo puenit ad ligamẽtum ẽ illud quod currit ꝓpinquuꝫ illis. Ueruꝫ dolor i ossuosa ꝛ ligamẽtali fortasse nõ magnificatur ꝛ humiditas que vadit ad os est subtilior ꝛ declinior ad citrinitatẽ: ꝛ ex pueniẽte ad venas ꝛ arterias multotiens egredit̃ fex. ꝛ q̃ñq; si fuerit tendẽs ad venaꝫ sanguis plurimus ꝛ ad arteriaꝫ sanguis subalbidus cũ fluxu sanguinis ꝛ processiõe: ꝛ ex ea que peruenit ad carnem curit humiditas viscosa grossa turbida cruda.

¶ In parte ista qr fistula est vlcus pueniens ad ꝓfundum docet distinguere ad qõ membrũ ꝓfunduꝫ positũ puenit

hoc vlcus.docet distiguere maxime ex modo humiditatis que egrediuntur ex vlceris orificio. Nã quãdo pfunditas fistule solũ est in carne tunc ex orificio vlceris egreditur humiditas viscosa grossa turbulenta. quãdo vero ad venas puenit egredit̃ humiditas q̃dam ad modũ seris. ⁊ qñq egreditur sanguis habẽs colorẽ purpureuz. sz ex illa que peruenit ad artariam egredit̃ sanguis subalbidus vl tendẽs ad quãdam flaueitatẽ cũ quadaz impulsione ⁊ saltu. Ex illa ãt que puenit ad ossa ⁊ ligamẽta ⁊ neruos egreditur humiditas subtilis ⁊ tenuis. Sed hec est differẽtia. qz quãdo peruenit ad neruos tunc est cuz vehemẽti dolore ⁊ precipue quãdo tangitur ĩtrinsecũ eius aut cuz ferro aut cũ tenta ĩtus in tali vlcere. membrũ autem ꝓhibetur a motu. aut nocumẽta hz in operatione motiua precipue si neruus ad quẽ puenit orificium fistule sit ex neruis motiuis: sz in illa que peruenit ad ossa ⁊ ligamenta nõ est dolor. Distãtia aũt ĩter illam que peruenit ad ossa ⁊ que puenit ad ligamẽta est: qz ab illa que peruenit ad ossa egreditur humiditas magis tenuis q̃z illa que peruenit ad ligamenta ⁊ magl tendens ad citrinitatem q̃z sit illa que peruenit ex illa que puenit ad ligamẽta. ⁊ hec est ĩtẽtio Auic.

Sed aliquis dubitabit (in hoc. qz ipse ponit ꝙ ex fistula pueniẽte ad neruos ⁊ ossa ⁊ ligamẽta egredit̃ humiditas magis tenuis q̃z ex illa que peruenit solus ad carnem. Nam istud videt̃ falsum. qz humiditas que egredit̃ ex vlcere videt̃ magis generari ex supfluitate nutrimẽti illius particule vel ꝓportionati ei. aut generatur ex nutrimento quod nõ põt cõuerti in illa particula. nunc aũt nutrimentũ ⁊ supfluitas nutrimẽti ossium ⁊ ligamentoꝝ et neruorum sunt viscosa ⁊ viscosiora. ⁊ grossiora quam carnis ⁊c. Et per similem rõnem videtur falsuz esse quod ex fistula pueniente ad os egrediatur humiditas tenuior q̃z ex illa que puenit ad ligamẽta. qñ nutrimentum ⁊ superfluitas nutrimẽti ossis viscosior ⁊ grossior est q̃z sit ligamẽti ⁊c. ℂ ℙ. falsum dicere videtur cũ dicit ꝙ in illa que vadit ad neruum ꝓcipitur vehemẽs dolor ⁊ precipue si tãgatur eius iferius cum tenta. Nam videtur ꝙ quãdo fit tactus partis iteriozis ꝙ tunc minor aut nullus fit dolor. qz neruus ponitur esse organũ tactus. Nũc aũt philosophus vult ꝙ sensibile positum supra sensum nõ causat sensum. Sicut res visibilis supra oculũ nõ videt̃. g̃ etiam si tangibile peruenier interius ad neruum non debz sentiri. ⁊ per ons nec dolorẽ facere nedũ ꝙ augeat̃. ℂ Solo ⁊ p̃. ad primũ dõm: sicut dicit Auic. quod quãdo fistula peruenit ad carnem solam egreditur humiditas grossa ⁊ viscosa. minꝰ autem grossa ⁊ tenuior quãdo peruenit ad neruũ. tenuior autem quãdo peruenit ad ligamẽta. ⁊ adhuc tenuior quãdo puenit ad ossa. Et causa huius est multiplex. Nã humiditas que multiplicat̃ ⁊ resudat ab vlcere. aut ipa puenit aliunde ad vlcus. ⁊ tunc venit per porositatẽ mẽbri in quo est vlcus. A membris ergo que poros habent latiores põt ex poris eius resudare ad vlcus humiditas grossa ⁊ subtilis. sz a membris que habent poros depressos ⁊ strictos. iõ nõ potest resudare ex poris ad vlcus nisi id qõ subtile est ⁊ virulentũ. ⁊ quãto hz poros strictiores tanto id quod resudat ex poris eius ad vlcus est subtilius ⁊ tenuius. ⁊ per ons illud quod egreditur ex vlcere ẽ subtilius ⁊ tenuius. qz g̃ caro hz poros latiores ⁊ est substantie laxioris ⁊ rarioris: ideo humiditas que puenit ad vlcus eius potest grossior resudare. Ex vlceribus aũt que pueniũt ad membra depressa ⁊ solida. qz ex poris coꝝ ad orificium vlceris nõ resudat nisi id quod est tenue ⁊ subtile. idcirco ex talibus vlceribus egreditur solũ aliquid subtile ⁊ virulentũ. ⁊ pterea qz os est depressioris substãtie q̃z ligamẽtum ⁊ ligamentuz q̃z neruus ⁊ neruus q̃z caro. idcirco ex fistula q̃ ad os peruenit egreditur humiditas subtilioz. deinde ex illa que puenit ad ligaturaz. deinde ex illa que puenit ad neruos. Adiuuat aũt ad hanc cãm predictus modus dispositiõis vlceris qõ est fistula. qz fistula: vt dictuz est. est vlcus in quo est caro ifiltrata dura. ⁊ ꝓpterea in vlcere fistuloso q̃tum ad partes circunstantes eius est durities multa ita ꝙ ex partibus eius circunstantibus nil resudat etiaz propter duritiem nisi aliquid tenue ⁊ subtile. Et quãto membrum ad quod cõtinuatur est durius tanto erit tenuius id qõ poterit resudare. sz ista durities terminet̃ ad membrũ subẽ laxe ⁊ rare subẽ puta ad carnem tunc ex tali vlcere licet rõne loci ⁊ partiũ circũstantiuz eius nõ egrediatur nisi humiditas tenuis ⁊ subtilis tamẽ rõne fundi ei⁹ ex quo põt resudare humiditas grossa ⁊ turbulẽta ⁊ viscosa. Egreditur humiditas grossa viscosa ⁊ turbulẽta. ⁊ ꝓpterea qñ orificiuz fistule peruenit ad carnẽ soluz tũc ex fundo vlceris egreditur talis humiditas grossa. Sz quãdo peruenit ad membra depressa egredit̃ humiditas tenuis ⁊ subtilis ⁊ magis tenuis quãto membrũ ad quod puenit est depressius sicut os. Aut ista humiditas in vlcere multiplicat̃ ꝓpter defectũ partis digerentis nutrimentuz ⁊ supfluitatẽ nutrimenti quod peruenit ad mẽbrũ. ⁊ tunc quãto est maior defectus ptis tãto humiditas remanet magis tenuis q̃tum est ex se. qz minus similatur membro quod hz substantiam grossam. Nũc aũt quãdo vlcus puenit ad os neruos ⁊ ligamẽta peruenit ad membrũ cuius virtus est debilis ꝼm nãm ꝓpter friditatem ꝯplonis ꝓpter qõ in egritudine plus deficit in eis virtus q̃z in membris carnosis. vnde humiditas ad ipm peruenies que mutari nõ põt q̃si nullã alterationẽ recipit vñ egredit̃ sanies. sz in membris carnosis: qz nõ sic in eis est virtꝰ hec debilitata. Talis humiditas licz nõ possit cõuerti in carnẽ tamẽ aliquẽ modũ retinet alteratiõis ꝓp quẽ aliquã ĩgrossationẽ retinet. vñ egreditur hec humiditas grossior. ⁊ qz q̃to mẽbrũ ẽ duriꝰ ⁊ depssius tãto hec vtꝰ est in eo debilior: sic̃ est in ossibus. Idcirco ꝯtingit ꝙ q̃to vlcus peruenit ad membꝝ depressius tãto humiditas ex orificio vlceris subtilior ⁊ tenuior egredit̃. Coadiuuat aũt p̃cipue ad vtrãq istarũ cãrũ qz in vlcere fistuloso cũ vlcus fistulosuz sic̃ dictũ est sit vlcus in quo sit infiltratio dura humiditas q̃ est grossa ⁊ terrestris retinet̃ inmiscata in carne. ⁊ iõ tenue ⁊ subtile soluz egreditur. ⁊ ꝓpterea q̃to in hoc vlcere est maior durities ⁊ magl occupat̃ durities in ꝓfundo. tãto magis est signuz ꝙ retinet mã terrestris ⁊ grossa ĩ carne: ⁊ solũ id qõ tenue ẽ egreditur. Nũc aũt qñ vlcus hoc puenit ad ossa ꝓfundiorẽ hz duritiẽ ⁊ maiorẽ. deide qñ puenit ad ligamẽta. deide quãdo puenit ad neruos. minorẽ aũt qñ solũ fundus ei⁹ termiat̃ in carnẽ ꝓp qõ hũiditas q̃ egreditur ex vlcere tenuior egredit̃ qñ ad os puenit. deide qñ ad ligamẽta. deinde qñ ad neruos. grossior ãt põt egredi qñ solũ puenit ad carnẽ. Dixit ãt ꝙ qñ puenit ad os ꝙ hũiditas egredit̃ decliuior ad citrinitatẽ. Et rõ ẽ ꝓpterea: qz vt dcm̃ ẽ. Quãto puenit ad mẽbrũ depssius tãto ẽ aptiꝰ egredi id qõ de hũiditate ẽ subtile. nũc aũt id qõ in hũiditate ẽ subtiliꝰ ẽ id qõ colericũ ẽ vel qõ ꝓportionat̃ colẽ. q̃re cũ tale declinet ad citrinitatẽ. idcirco ex tali fistula id qõ egredit̃ est subtile decliue ad citrinitatẽ. Sz ex illa q̃ puenit solũ ad carnẽ egreditur hũiditas grossa ꝓp cãz dictã: est ẽt viscosa qz ẽ grossior vel ẽt ẽ viscosa qz talis hũiditas nõ ẽ digesta: cũ ꝫ vlcꝰ nõ sit laudabile. Est ẽt turbida. i. hñs obscuritatẽ q̃z daz. tũ qz hec hũiditas nõ ẽ pfecte digesta. tũ ẽt qz ex tali vlcere ꝑt egredi hũiditas oĩs mõi q̃ pmixta ex diuersis hũiditatibꝰ hz colorẽ turbidũ. Ex his hõ diligẽtẽ hñs ĩtellz poterit solue pmã dubitatõez ⁊ eius argumentũ. ℂ Ad scõm dum dõm est ꝙ in illa que ad necium puenit est vehemens dolor. Et rõ hui⁹ est ꝓpterea qz pus tũc puenit ad sensibiliꝰ

membrum. ꝗto autem pus est in membro sensibiliori tãto dolor plus augmentatur. Et ideo Halie. in tegni ponit ꝙ punctura in nervo ꝓpter plm dolorem: qui tunc sequitur est parata advocare spasmum. Augetur autem dolor in ꝑ ꝓprie si tangantur eius interius contenta: vt dicit Auic. Et ratio est. qr hec est regula generalis: sicut apparet in libro de accidenti ꝛ morbo. ꝙ in motu augetur passio in mẽbro magis ꝗ in quiete ꝓpterea: qr in motu fit inovatio passionis. ¶ Iterũ videmus multotiens aliquaꝫ mãm quiescentẽ in membro non facere passionem in ipso membro. Sed cũ movet̃ per ipm ingerit passionẽ ꝛ dolorem in eo. Et ꝓpterea qr ex tacto talis vlceris ꝑm partẽ iteriorẽ accidit ꝙ in parte nervosa passio augeatur. hinc est ꝙ tunc dolor augetur. ꝛ ꝗto ista pars nervosa est sensibilior tanto in tali vlcere quãdo tangitur eius iferius cõtenta fit maior dolor ꝗ in vlcere alio. ¶ Intellige autẽ totum hoc quod dicit Auicẽ. esse verum supposito ꝙ in tali vlcere nõ accidat in nervo corruptio ꝛ putrefactio. tunc enim qr sensus destruitur ꝛ dolor in tali nõ percipitur. Argumentũ autez quia vt dicit paladinus: ꝑma pars prudentie est ad quam locuturus es cõsiderare personaꝫ cum istud scriptum fiat pro illis qui nõ tante pscrutationi alte adherent sicut exigeret solutio argumenti. idcirco hic soluere nõ curamus. ¶ Dixit aũt Auic. vlterius ꝙ ex fistula que ad venaꝫ pervenit egreditur humiditas sicut fex. ꝛ hoc ẽ ꝓpterea: quia ex orificys venarũ sanguis resudans etiã cõtentus in venis permixtus cum humiditate vlceris assimilat eaꝫ quasi feci. Si autem cõtingat ꝙ sic perveniat ꝙ vlcus scindatur vel corrodatur tunc egredit̃ sanguis in forma sanguis a venis. Et si qdez sit sanguis venalis tũc sanguis est purpureus obscurus. Si aũt arterialis tũc est clarus ꝗsi subalbidus ꝛ egredit̃ cũ ipulsione ꝛ saltu. Deide cũ dicit.

¶ Et multotiẽs sũt fistule orificia plima cui⁹ eẽ ambigit̃ ꝛ nõ scit̃ an sit fistula vna. ꝛ multotiẽs effundit̃ in qͦdaꝫ orificioꝝ ei⁹ humiditas bñs tincturã. ꝛ tũc si fuerit fistula vna egredit̃ ex orificys alijs color vnus qui est fistule. s. diversus albus ꝛ tenebrosus ꝛ alius.

¶ In ista parte quia multotiens in vlcere fistuloso est ambiguitas: vtputa quãdo sunt plura orificia in membro ambigitur an sit tantuꝫ vnum vlcus fistulosum in membro vel plura docet per quandaꝫ experiẽtiam hoc certificare ꝛ distinguere. ꝛ ꝓ qͦ dicit. Deinde cũ dicit.

¶ Et vlcera qdẽ diuidũtur in spẽb⁹ divisionũ. ꝛ dicit̃ ꝙ vlcerũ quedaꝫ sũt ꝗ sunt dolorosa. ꝛ ꝗdaꝫ sunt que sũt privata dolore: ꝛ quedaꝫ sũt apostemosa: ꝛ ꝗdã sunt privata apostemate: ꝛ quedam sunt munda: ꝛ quedãsunt imunda: ꝛ immunda quidem ꝓpterea ꝙ in eis superfluit humor plurimus ꝛ humiditas copiosa ꝗuis non sint mala. Et de eis sunt sordida: ꝛ de eis sunt miorata: ꝛ de vlceribus sunt putrida. Et de reb⁹ magis nociuis eis sunt meridies ꝛ humiditas aeris cum caliditate ipsius. Et de eis sunt corrosiua ꝛ de eis sunt ambulatiua: ꝛ de eis sunt mollia aut dura aut frigida aut calꝛa. ꝛ mollia sunt de vlceribus facientibus cadere pilos ab eo quod sequitur ea. Et sunt quandoqꝫ de vlceribus quedam resudantia ex qbus resudat virus citrinum calidum. Et fortasse est ea lidum comburens quod est in circuitu eius ꝛ est malum mortificans. ꝛ de eis sunt difficilis consolationis.

¶ In parte ista ponit alium modum diversitatis in vlceribus qui etiam modus diversitatis attenditur ꝑm ea que dicta sunt. ꝛ duo facit. ꝓmo ponit istas differentias ꝛ diversitates. secundo quia quedam ex diversitatibus quas posuerat videbantur esse eadem ostendit differentiam inter illas. zª ibi. (Et putrefactio est ꝓter corrosionẽ.) Dicit ꝯ ꝓmo. ꝛ vlcera qdem ꝛc̃. ꝛ de eis sunt minorata a sordicie ꝛ de vlceribus sunt putrida hoc est in qbusdam ẽ putrefactio. ꝓpterea sicut ipse subdit. talibus vlceribus maxime nocet aer calidus ꝛ hũidus: qr coagulat putrefactiones in eis. sicut enim id quod putrefit est calm ꝛ humidũ. ita que maxime putrefaciũt calida sunt ꝛ humida. ꝛ sicut istis nocet maxime talis dispositio aeris etiã eis maxime nocent oĩa que eis approximãtur calida ꝛ humida existẽtia. Et p̃cipue quelibet que de eis sunt maxime vnctuosa. Et de eis sunt corrosiua. In quo differat corrosio putrefactio ꝛ ambulatio dicetur in sequenti. Et de eis sunt mollia. Ulcera mollia sunt illa in quibus caro tendit ad lassitudinem ꝛ mollitiem. vnde caro in talibus vlceribus est squalida mollis superflua. ꝛ hoc ꝓcipue fit in vlceribus in quibus fit aggregatio multe humiditatis fride que iaꝫ incipit tendere in viam putrefactionis. videmus enim ꝙ ea que tendunt in viam putrefactionis molleſcunt ꝑmo. Et ꝓpterea etiam competit ꝙ in talibus vlceribus a partibus circunstantibus vlceri cadunt pili. Nã ꝓter mollitiem carnis ꝛ superfluã humiditatẽ ipsius destruit̃ materia pilorũ ꝛ radix etiã ipsorum corrumpitur. neqꝫ etiam pori stant erecti: per quos dz egredi mã pilorum. vnde ꝛ pilus existens destruit̃ neqꝫ etiam oritur. cum superflua. n. mollitie ꝛ humiditate carnis ꝓhibeatur generatio pilorꝫ sicut ostensum est a Halie. 3º de complexionibus quemadmodũ in terra paludosa supflue nõ oriuntur herbe. ¶ Et de eis sunt difficilis consolationis. i. ad diversitates harum vlcerũ etiã reducuntur vlcera que sunt difficilis ꝯsolationis sive sint difficilis cõsolationis ꝓpter malitiã que est in predictis vlceribus. sive ꝓpter malitiaꝫ aliam que componitur cuꝫ vlcere. Unde Auic. iferius determinato modo curationis istorꝫ vlceruꝫ ponet quoddã capl̃m generale vlcerum que difficilis consolationis existunt. Deinde cum dicit.

¶ Et putrefactio est ꝓter corrosionẽ ꝙ si fuerit erũt ambe ambulative. ꝛ fortasse corrodẽs est corrodens illud qͦ cõtinuatur ei ꝓprie propter acuitatem ꝛ absqꝫ putrefactione ꝛ neqꝫ ẽ febris oĩno. Verum cum ambulativo putrefactivo multiplicatur feb. aut non separat̃ ab eo. Et Halie. quidem noiavit huiusmodi vlcera corrosiua ignem persicum ꝛ formicam ambulativam: et post vlcus putrefactum est compositũ ex vlcere et ex egritudine putrefacta: et vnicuiqꝫ eorum est dispositio.

¶ In ꝑte ista qr posuerat ꝙ qdã vlcera sr̃ putrefactia qdã ambulativa qdã corrosiua. Cũ ista ꝗsi videant̃ eẽ idẽ. assignat dr̃ias iter ista. ¶ Juxt̃ qͦ itelligẽm ẽ ꝙ cõrosio ãbulatio ꝛ putrefactio dr̃nt sic̃ dr̃nt corrodẽs putrefaciẽs ꝛ ãbulãs vel faciẽs corrosionẽ vl̃ putrefactiõez vel ãbulatiõez in mẽbro. Nũc aũt putrefaciẽs dr̃ eẽ illõ qͦ corrũpit spm̃ exñtẽ i m̃bro illo ꝛ ꝯpl̃onẽ ẽt hũiditat] illi⁹ mẽbri. sic qͦ ñ ẽ ꝓveniẽs vt ãpli⁹ sit ꝑs illi⁹ m̃bri ñ tñ pucit ei⁹ actio ad ꝑ

vt resoluat humiditatez illius membri ⁊ ipsaz consumat immo dimittit eam corruptam in membro inq̃tum agit calor extraneus. ⁊ ꝓpterea putrefactio ē dispositio in qua humidum membri absq; resolone ipsius est corruptuz in membro sic ꝙ non est cōueniēs ad receptionem vite illi⁹ membri ⁊ operationis eius ꝓpter corruptionem spūs qui est in eo. ¶ Et ex hoc vlteri⁹ pz cum id qō putrefactuz est per cōtactum corrumpat ⁊ sit aptuz putrefacere id quod sibi est vicinū. ꝙ ⁊ vlcus putrefactū per accidēs est ambulatiuum. Sed corrodens dr esse id quod ꝓpter acuitatē quā hz resoluit ⁊ cōsumit humidū: sic ꝙ ꝓpter resolonem humidi minuit de substātia carnis ⁊ ipsam vlcerat. Et iō corrosio est dispositio in qua humiditas terminans inter partes membri etiā resoluit̄: ita ꝙ partes mēbri remanēt discōtinuate absq; hoc ꝙ humiditas que remanet in mē/bro sit corrupta. ⁊ ꝓpterea in membro in quo est corrosio est sensus supposito ꝙ ibi nō fit alia corrosio. sz in mēbro putrefacto sensus non est. Jd aūt quod facit ꝑ ambulatio/nē in membro est quod ꝓpter sui acuitatē ⁊ subtilitatem multā in membro ambulat: ita ꝙ in membro facit pueni/re separationē in ꝯtinuitate ipsius plurimi numeri ⁊ situs inordinati ⁊ parue quātitatis. vnde nulla illarū est sensibi lis singulariter. Et iō in ꝑambulatione in mēbro nō est so/lutio cōtinui manifesta: sz īsensibilis ⁊ occulta: qualē so'o/nem cōtinui peruenire facit id quod mordicat ⁊ facit pru ritū. sz in corrosione est solutio sensibilis ⁊ manifesta. ⁊ ꝓ/pterea quādo humor est humor mordicās multe subtili/tatis tūc in mēbro fit ꝑambulatio ab ipso absq; corrosiōe ipsius. ¶ Ex quo pz differētia īter vlcus putrefactū ⁊ cor/rosiuū. qz alia dispositio est putrefactio. ⁊ alia est corrosio. Et apparet differētia īter vlcus corrosiuū ⁊ ambulatiuū. Nā ambulatio pōt esse in mēbro absq; corrosione. verus est tamē ꝙ oia vlcera corrosiua sunt ambulatiua: nō tam ecōuerso. sicut apparuit supra in ca⁹ de formica. vbi osten/sum est ꝙ q̃dā spēs formice est ambulatiua sola. quedā āt est ambulatiua ⁊ corrosiua. ⁊ hic etiā aliquid īnuit Aui. sz tamē putrefactio ⁊ corrosio sint diuerse dispōnes: tamen possunt adinuicē sic cōponi. Et quādo putrefactio compo nitur cū corrosione: tunc putrefactio ⁊ corrosio perambu/lant in mēbro. ⁊ hoc est qō vult dicere Aui. cū dicit. Et pu/trefactio est p̄ter corrosionē. ꝙ si fuerint. s. ambe sil' erunt ambulatiue. i. tūc putrefactio ꝑambulabit in mēbro. ⁊ rō/ne putrefactionis que ꝓaccidens in membro ꝑambulat. ⁊ rōne corrosionis: qz vt dictū est vbi est corrosio ibi est per/ambulatio. licz non semper econuerso. (Et fortasse corro/dens ⁊c̄.) Planū est quod dicit ex eo qō dictū est. (Et ne/q; ē febris oio.) Cā q̃re multiplicat plus febris in vlcere corrosiuo quādo cū ipso cōiungitur putrefactio q̃; quādo solus ē ibi corrosio. Et qz in putrefactiōe remanet humidi tas a qua pōt fum⁹ putredinalis puenire ad cor aut calidi tas extranea ipsius humiditatis īprimi in spiritu. ⁊ sic ma/nifeste spiritus vsq; ad cor puenire pōt. hꝰ aūt ē causa fe/bris. in vlcere aūt corrosiuo non sic remanet hec humidi/tas quare ad ipm nō sic sequitur febris. (Et Halie. quidez nominauit ⁊c̄.) .i. fz Halie. Corrosio ⁊ ambulatio absq; pu trefactione maxime apparēt in vlceribus que sequuntur ignē persicū ⁊ formicaz ambulatiuā. ⁊ post vlcus putrefa/ctū dictū ē quō fortasse corrodens ē corrodens id qō con/tinuatur ⁊c̄. Et ꝓ sed vlcus putrefactū ē compositū ex vl cere ⁊ sanguine ⁊c̄. sz in vlcere putrefacto ē in membro pu trefactio ⁊ separatio cōtinui cum remanētia humiditatis membri putrefacti absq; resolone ⁊ ꝯsumptiōe ipsius. qō qualiter ītelligatur dictū ē in notabili. (Et vnicuiq; eorū est dispositio.) Hoc pōt dupl'r exponi. vno modo. ⁊ vnicui q; eorum. s. predictoꝝ vlcerum est dispositio. i. modus cu/randi. s. alius ⁊ alius. vel aliter. vnicuiq; eoꝝ est dispositio

.i. predictoꝝ vlcerum est dispositio. i. ex dictis manifestus est ꝙ in vnoquoq; eoꝝ. s. tam vlcere putrefacto q̃; etiā in corrosiuo est alia ⁊ alia dispositio: ideo sunt alie ⁊ alie differentie vlceris. ⁊ non eadem.

¶ Et vlcera qdem dura īcipientia ire versus vi riditatem ⁊ nigredinez sunt mala: ⁊ vlcera fri gida sunt mollia alba quiescentia ꝓpter medi/cinas calefacientes ⁊ calida ad rubedinem de/clinia delectātur frigore. Et quādo vlceribus malis associat̄ color corporis malus sicut alb⁹ plumbeus aut citrinus: tunc illud est significa/tio ꝓpter corruptionē complonis epatis ⁊ cor/ruptionem sanguinis qui venit ad vlcus quare fit difficilis eius consolidatio. ⁊ vlcerum qui/dem quoꝝ radices sunt acute: ⁊ cū quibus est pruritus superfluitates sunt acute: ⁊ quorum radices sunt late albe pauci pruritus illoruz cō/plexiones sunt frigide.

¶ Supius Auic. p̄misit diuersitates ⁊ differētias quasdaz vlcerū. In pte ista vult ponere significatiōes ꝑ quas doce mur cognoscere malitiā vlcerū ⁊ bonitatē vel rectificatio nem eoꝝ. Et duo facit. p̄mo ponit signa ex q̃bus cognosci tur malitia in vlceribus ⁊ ipsoꝝ rectificatio. scō declarat quare ex illo signo quod posuit maxime oñdere bonitatē ⁊ rectificationē vlcerum oñditur maxime bonitas ⁊ recti ficatio eius repetendo id signū. z⁹ ibi. (Et meliores signi/ficationes.) Prima pars diuidit̄ in ptes plures ꝫm ꝙ plu ra ponit signa ex quibus hec cognitio accipitur. Primo q̃; ponit quedā signa que sumunt̄ ex q̃litate sensibili apparē te in partibus vlceris. scō ponit quedā que sumunt̄ ex di spositione totius. tertio ponit quedā signa que sumunt̄ ex dispositione radicis ⁊ cuiusdā alterius quod segtur vlcus rōne materie ipsius. quarto ponit quoddam signuz quod sumitur ex modo gnātionis eius. quinto ponit quoddā si/gnū quod sumitur ex quibusdā que sunt vl'r partes corpo ris nostri puta ex pilis. sexto ponit signū quod sumitur ex modo humiditatis que egreditur ex vlcere. septimo ponit circa hoc quoddam signum ꝓnosticuz incidenter. octauo ponit signa que sumuntur ex quibusdaz causis que prece/dunt vlcus. nono ponit signa que sumuntur ex dispositio/nibus consequentibus vlcus. Similiter etiam ex appro/xi/matione rerum ⁊ medicinarum iuuantium vlcus. z⁹ ibi. (Et quādo cum vlceribus malis.) 3⁹ ibi. (Et vlceruz qui dez.) 4⁹ ibi. (Et vlcera generata.) 5⁹ ibi. (Et vlcera deji/cientia pilos.) 6⁹ ibi. (Et meliores significatiōes.) 7⁹ ibi. (Et dicitur in signis mortis velocis.) 8⁹ ibi. (Et maligno/rum quidem vlcerum.) 9⁹ ibi. (Et significant malignita/tem vlceris.) Totū quod dicit in istis. §. planuz est nisi ꝙ sunt quedam litteraliter exponenda. ¶ In p̄ma ergo par te Auicen. ponit signa que significant malitiaz vlceris ra/tione male complexionis existentis in membro in quo est vlcus quam significat durities ⁊ mollities ⁊ albedo ⁊ ru/bedo in partibus vlceris apparens ratione putrefactiōis vel corruptionis existentis in vlcere super quā significat nigredo ⁊ viriditas. In secunda parte ponit signum quod sumitur a dispositione totius corporis ex quo significatur sanguis qui abundat in epate ⁊ in venis esse corruptus. et ex hoc accidit vt sanguis qui ad vlcus peruenit sit corru/ptus. Cuz ergo ex sanguine debeat fieri consolidatio hoc aūt fieri non pōt sanguine exīte corrupto. accidit ꝙ in ta/li corpe vl⁹ difficile ⁊ malū existit. ¶ Et vlcerū qdē q̃rū radices sūt acute. i. q̃rū basis ē ī mēbro acuta superfluitates.

¶ Ponit curā qñ dislocatio ē ad añrioza. ⁊ dic̄ sic. ꝙ cū dislocatio ē ad añrioza: tūc oz vt extēdat̄ ifirm⁹: deiñ cōpri/mat̄ cū mānu sup cap̄. coxe ifirmi ⁊ equet̄. Deiñ cū dic̄.

¶ Et qñ dislocatio ē ad posterioza tūc nō opz vt extēdat̄ ifirm⁹ ad iferioza eleuat⁹ sup terrā: immo oz vt sit posit⁹ sup aliqd duz sic̄ opz vt sit itez qñ sepat̄ ancha ei⁹ ad exterioza sic̄ dixi i gibbositate. oz ꝙ vt extendat̄ ifirm⁹ sup lignū: aut podiale sup faciē suā ⁊ sint ligamēta stricta nō sup coxā: imo sup crus sic̄ dixim⁹ nuper. ⁊ opz itez admistrare cōpressionē cū tabula ⁊ super alhabafegi ⁊ locū ad quē egredit̄ iūctura.

¶ Ponit curaz qñ dislocatio ē ad posterioza. ⁊ dic̄ sic. ꝙ si dislocatio coxe ē ad posterioza: tc̄ nō oz vt extēdat̄ ifirm⁹ ad iferioza: imo oz vt sit ifirm⁹ posit⁹ sup aliqd durum. ⁊ sint ligamenta stricta sup crus ⁊ admistret̄ cōpressio cum tabula in illo loco vbi iūctura igredit̄. Deide cū dic̄.

¶ Dic ē ꝑmo nr̄i spēb⁹ dislocatōis q̄ accit anche ex cā mānifesta añte illud. Verū qz qñz dislocat̄ coxa ꝓp multitudinē hūiditatis accītis ei sicut dislocat̄ spatula: opz tūc vt admistret̄ cauteriū sic̄ dixim⁹ i loco in quo dixim⁹ hoc cauteriū.

¶ Cōcludit. ⁊ dic̄ ꝙ h ē ꝙd ꝑmo nr̄i spēb⁹ dislocatōis anche accītis ex cā mānifesta. Et subdit ꝙ qñz dislocat̄ coxa ꝓp m'titudinē hūiditatis sic̄ spatula: qr̄ oz vt cauterizet̄ ꝑm ꝙ diximus. ¶ De dislocatōe genu. CA.XXVII.

Genu ē velocis dislocatōis. fortasse. n. dislocat̄ absqz cā ꝓter deambulationē velocē aut lubricat paz sicut carnatis m'totiēs dislocat̄ absqz cā ꝓter saltuz. Et genu qdē dislocat̄ ad oēm ptē nisi ad anteriorez ꝓpter rotulā ⁊ adiutoriuz eius.

¶ Ponit cap̄. de dislocatōe poplitis. i. genu. ⁊ ꝑ fac̄ ℔. z° ponit curā. z^a ibi (Sedeat ifirm⁹) dic̄ sic de ꝑ^a pte. ꝙ genu ē velocis dislocatiōis. Et fortasse genu dislocat̄ absqz cā ꝓter ābulatōez: vt qz ambulatio velox ꝓt ē cā dislocatōis. ⁊ genu qñz lubricat ꝓp hūiditatē exñtez in ipo. ⁊ genu dislo cat̄ ad oēm ptē nisi ad anteriorē ꝓp rotulā ⁊ adiutoriū. qz ista ꝓhibēt dislocatōz ei⁹. ¶ De cura. CA.XXVIII.

Sedeat ifirm⁹ sup sedez ꝓpiquā terre: ⁊ eleuent̄ pedes ei⁹ parūper: deiñ extē dat vir fortis manū suā desup ⁊ desub tus extensiōe forti ⁊ reducat restaura/torem iunctura ad dispositionē suā ꝑm iudiciū dis locationis vniuersalis ⁊ liget eam.

¶ De dislocatōe areffatu ⁊ ē rotula genu. CA.XXIX.

Quando accit ei dislocatioopz vt pes plane ponat̄ i terra ⁊ reducat̄ rotula: deide ipleat̄ curuatura geniculi pānis ꝓhibēt̄ib⁹ a duplicatiōe ⁊ ponant̄ de/super astelle resistētes ei i pte ad quā declinat. Cū g restrigit̄ ⁊ adheret nō duplicet̄ genu cuz festinatiōe sed paulatiz: donec alleuiet̄.

¶ Ponit curā. ⁊ dicit sic. ꝙ ifirm⁹ oz sedere sup sedem ꝓpinquā terre. ⁊ pedes ei⁹ eleuent̄ parūper: deiñ vir fortis extēdat manū suā extēsiōe forti ⁊ restaurator reducat iū/cturā ad dispōnē suā ꝑm iudicium dislocatiōis ⁊ liget. Et

subdit q̄ qñ genu dislocaſ̄ oz vt pes plane ponaſ̄ i terra ⁊ reducaſ̄ rotula: deinde curuatura geniculi repleaſ̄ pānis q̄ ꝓhibeāt dislocationē: ⁊ desup ponanſ̄ astelle resistētes ei in ꝑte ad quā declinat. cū g̃ stringiſ̄ ⁊ adheret nō dupliceſ̄ genu cū festinatiōe ſz paulatiz donec alleuieſ̄.

¶ De dislocatōe iūcture tali apō calcaneū. CA. XXX.

DIslocaſ̄ calcaneꝰ. Indiget ergo si dislocatur extensiōe fortī ⁊ curatiōe vehementi ipulsiōe cū fortitudie vt redeat. Deide oz vt dimittat deambulationē circiter. xl. dies vt nō dislociſ̄ scō. In separatiōe ꝯo pauca suffic̄ q̄lz extēsio: deiñ reducaſ̄.

¶ Ponit capl̄z de dislocatiōe calcanei. ⁊. z. faċ. qz p̄ ponit curā qñ calcaneꝰ nō est dislocatꝰ pfecte. zᵒ ponit curā qñ calcaneꝰ pfecte dislocaſ̄. zª ibi (Et qñ pfecte dislocatur) Dic̄ sic de p̄ª ꝑte. q̄ qñ calcaneꝰ dislocaſ̄ idiget extēsione fortī ⁊ curatiōe vehemēnti. et ipl̄siōe cū fortitudie vt redeat ad locū suuz. Deide oz vt nō ambulet p q̄dragīta dies vt nō dislociſ̄ zᵒ. si sepaſ̄ nō pfecte sufficit q̄lz extēsio: deide reducatur. Deinde cum dicit.

¶ Et qñ cōplete dislocaſ̄ opz vt reducaſ̄ ꝑm q̄ dicunt antiq̄. Inquit. Opz vt extendaſ̄ ifirmꝰ sup dorsuz suū sup terrā ⁊ ab eo qđ est iter coxas eiꝰ apud alabaufegi. sit paxillus longus intrans in ꝓfunditatē terre nō ꝑmittens coxpꝰ eiꝰ moueri cū ꝓcedit pes eiꝰ ad iferiora: imo oz vt figaſ̄ iste paxillus anteq̄z resupieſ̄ ifirmꝰ. Qz si pñs tibi fuerit lignū magnū in cuiꝰ medio diximus eē aliud lignum fixuz tūc oportebit vt fiat extensio sup hoc lignū: ⁊ opz vt sit minister tenēs coraz ⁊ extendēs eā: ⁊ minister aliꝰ extendens pedē: aut manibus suis: aut ligamēto ꝑz cōtrariū extensiōis ministri primi ⁊ equet medicꝰ manu separationē ⁊ teneat minister alius pedez aliuz ad inferiora.

¶ Ponit curā dislocatōis calcanei qñ pfecte dislocaſ̄. ⁊. z. faċ. qz p̄ faċ ℬ. zᵒ ponit q̄sdā cañ. zª ibi (Et oz post eq̄tōez) Dic̄ sic de p̄ª ꝑte. q̄ qñ calcaneꝰ dislocaſ̄ cōplete: tūc oz vt reducaſ̄ ꝑm q̄ dñt antiq̄: oz vt ifirmꝰ extēdaſ̄ sup dorsuz suū ⁊ ponaſ̄ iuxt̄ coxas eiꝰ ⁊ ptes gēitales paxillus lōgꝰ intrans in ꝓfunditatē terre: vt nō ꝑmittaſ̄ coxpꝰ moueri. et tūc oz vt sit miſter extēdens pedē manibꝰ suis: ⁊ medicus equet manibꝰ suis sepationē. Deide cū dicit.

¶ Et oz post equationē vt ligeſ̄ ligamētis fortibus ⁊ vadat cū ꝑte ligamenti ad pectinē pedis ⁊ cum ꝑte eiꝰ ad calcaneū ⁊ ligeſ̄ illic: ⁊ oz vt caueaſ̄ ex neruis q̄ sunt supra taluz posteriꝰ vt nō sit sup eos ligatura vehemēs: ⁊ vt ꝓhibeaſ̄ infirmꝰ a deambulatiōe. xl. diebꝰ ⁊ isti si conāt̄ur ambulare ante nō sanaſ̄ ꝑm cōplemētuz ⁊ dissoluiſ̄ in eis mēbꝛ ⁊ corrūpiſ̄ curatio.

¶ Ponit q̄sdā cañ. ⁊. z. facit. ꝑm q̄ duos cañ. ponit. zª ibi. (Qz si sepaſ̄) Dic̄ sic. de p̄. q̄ postq̄z calcaneꝰ ē eq̄tꝰ oz vt ligeſ̄ cū ligamentis fortibꝰ. Et caueas ne liges sup neruos tali. Et ꝓhibeas ifirmū a deambulatiōe q̄dragīta diebꝰ. ⁊ si conaſ̄ ābulare isti nō sanaſ̄ ꝑz ꝯplemētū. Deiñ cū dic̄.

¶ Qz si separaſ̄ os tali ex saltu: naz illud accidit multotiēs: aut accidat buic mēbꝛo apa caliditū: oz tūc vt ꝑpareſ̄ hoc membrū cū resuplnatiōe ifirmi sup faciez suā ⁊ extensiōe mēbꝛi ⁊ equatiōe eiꝰ ⁊ cū embrocis q̄ sedāt apata calꝛa ⁊ administratiōe ligamētoꝝ fortiū ⁊ vt q̄escat ifirmus ⁊ nō moueatur donec rectificeſ̄ mēbrum integre. ⁊ ligatura quidez tali opz vt sit ad digitos ⁊ dimittaſ̄ talus apertus.

¶ Ponit zᵐ cañ. ⁊ dic̄ sic. q̄ qñ os tali sepaſ̄ pp saltū: ⁊ multotiēs accidit huic mēbꝛo apa calꝛm. oz g̃ vt equeſ̄ istō mēbrū ⁊ embrocaſ̄ cū embrocis q̄ sedāt apata calꝛa ⁊ administrenſ̄ ligamēta fortia ⁊ nō moueaſ̄ ifirmꝰ dōec mēbꝝ integre rcificeſ̄. Et oz vt ligatura tali ꝓcedat vsq̄z ad digitos.

¶ De dislocatiōe ossis pedis. CAP. XXXI.

EJus regimē ē ꝓmū regimini dislocatiōis ossis calcanei ⁊ fortasse suffic̄ vt eques it avt calces cū pede tuo sup ipz pāno exñte iter ea donec equeſ̄: deide empl̄a ⁊ strige ꝑm modū quē scis.

¶ Ponit curā dislocatiōis ossis pedis. ⁊ dic̄ sic. q̄ regimen dislocatiōis ossis pedis ē ꝓmū dislocatōi ossis calcanei. Et fortasse suffic̄ vt equeſ̄ istō os cū pede exñte sup ipz pāno dōec equeſ̄: deiñ ēpleſ̄ ⁊ strigaſ̄ ꝑm modū quē scis.

¶ Tractatus scōs de radicibꝰ vl̄ibus in fractura.

¶ De sermōe vl̄i in fractura. CAP. I.

FRactura est solo ꝯtinuitatis ꝓpria ossib⁹. Et accit q̄ñz sparsa: ⁊ q̄ñz nō ē sparsa: ⁊ q̄ñz accidit eq̄lis: ⁊ q̄ñq̄z accit scissa. ⁊ eq̄lis q̄ñz accit in latitudie: ⁊ q̄ñz accit i lōgitudine. ⁊ cadēs in latitudie q̄ñz accit diſa: ⁊ q̄ñq̄z accidit nō diſa. ⁊ cadēs i lōgitudie ē diſio et alcasim q̄ nō accidit sepata. Et qdā noiauerunt spēs fracture noibꝰ suis dñtes fracturā magnā icedentē in latitudie et ꝓfunditate rhaphanalē et hastalē et arūdinalē. Et dicētes icedētez i lōgitudie fracturā linealem: et dicētes icedētem in latitudine cū lōgitudine lunalem et nerualē. Et illam q̄ est paruaruz partiuz vnam sauchiē et alierusiē cum albuberiē.

¶ Posito tractatu de dislocatiōe. ponit tractatū de fractura. ⁊. z. faċ. qz p̄ ponit sermonem vl̄ez de fractura. zᵒ ponit ꝑmonē ꝑticularē in ea. zª ibi (Mltotiēs accidit vt scidaſ̄ craneū) p̄ª in zª. qz p̄ ponit ꝑmonē vl̄ez de fractura. zᵒ ponit ꝑmonē vl̄ez i curatiōe fracture. zª ibi (Restauratiōis vasis) p̄ª ps bz ptes tot quot ponit cañ. ibi pōit zᵐ (Et qñ fractura ꝯpleſ̄) ibi 3ᵐ (Et vt dōclinet fractura) ibi 4ᵐ (Et qñ cadit fractura) ibi 5ᵐ (Et qđ dr̄ de lesione medulle) ibi 6ᵐ (Et locꝰ qdē fracture) ibi 7ᵐ (Et fractura fediꝛ) ibi 8ᵐ (Et mēbꝛa qdē diuersificāt) ibi 9ᵐ (Et cāe pp q̄s) Dic̄ sic de p̄ª ꝑte q̄ fractura ē solo ꝯtinuitatis ꝓpria ossib⁹. Et fractura accit q̄ñz sparsa. i. spholiata. ⁊ q̄ñq̄z nō spsa. i. ñ spholiata. Et q̄ñz accit eq̄lis. Et q̄ñz accit scissa. Et fractura eq̄l̄ q̄ñz accit ꝑz latitudinē: et q̄ñz ꝑz lōgitudinē. Et fractura cadēs i latitudie q̄ñz accit diuersa. q̄ñq̄z accit nō diuersa. Et fractura q̄ cadit i lōgitudie ñ cadit sepata. Et subdit q̄ qdā medici noiauerī spēs fracture noibꝰ suis q̄ noia pōit Aui. i lr̄a ⁊ sūt nota ad lr̄az. Deide cū dic̄.

¶ Et qñ fractura compleſ̄ nō est pole vt remaneāt duo ossa ꝑm q̄ necesse est iter ea de oppo

sitione ſm ꝓparationē cōtinuitatis nālis: imo separantē necio ab oppōne. ⁊ silr sepatio faciēs accidere punctura necario in eo qđ continetur de velaminib⁹ ⁊ carne: quare accidit dolor sequens ea. ⁊ qñ est equatio rotunda sine frustis conuertit mēbrū cum facilitate.

¶ Ponit scōz can. ⁊ dicit sic. ꝙ qñ est fractura totalis ⁊ cōpleta nō ē pole ꝙ remaneāt duo ossa ſz ꝙ ē necesse ſz oppositionē eāde: imo opz ꝙ necio separent ab oppōne. Et subdit ꝙ qñ os est sepatū. i. fractū necio iducit in mēbro punctura in velamib⁹ ⁊ carne. ꝗre accidit tūc dolor seqns illaz fracturā. Et qñ fractura mēbri est eqlis rotūda sine frustis mēbr̄ ꝓuertit. i. reducit cū eqlitate. Deiñ cū dic.

¶ Et vt declinet fractura ad exteriora ſm ꝙ dixit Hyp. melius est qz vt declinet ad iteriora: quoniam illud qđ occurrit ei de neruis illic est plus quare ledit.

¶ Ponit tertiū can. ⁊ dicit sic. ꝙ ſm ꝙ dixit hyp. meli⁹ est vt fractura declinet ad exteriora qz vt declinet ad iteriora mēbri. Et rō. qz versus partes interiores membri sunt multi nerui. Deinde cum dicit.

¶ Et qñ cadit fractura apud iunctura ⁊ restaraſ remanet mot⁹ difficilis ꝓpter duritiem: ⁊ araſbadu qđ accidit indiget ſpatio donec dēclarēt. ⁊ illud qdē prauī⁹ accidit in iūcturis ossiuz puoꝝ. ⁊ de illo iterū est vbi est iūctura in creatiōe ſtrictior sicut est iūctura cauille: ⁊ fractura prauioris icarnatiōis ⁊ vnitiōis est illa q̄ ē ſm rotūditatez: deide illa q̄ declinat: nō. n. adheret nisi sup ipm ꝓlongēt ligatura bñs fabricatōez mirabilez tpe lōgissimo ⁊ sumat ex cibis ⁊ medicinis: ⁊ ex eo qđ mittit sanguinē ad illā ptez ſm ꝙ dicem⁹: ⁊ deterior fractura ossiuz ad iteriora nō ad exteriora scōm ꝙ dī.

¶ Ponit q̄rtuz can. ⁊ dicit sic. ꝙ qñ frangit mēbrum apud iunctura ⁊ talis fractura restaurat mot⁹ mēbri remanet difficilis pp duritiē q̄ euenit in iūcturis. ⁊ pp porū sarcoydē. Et qūo accidit porus sarcoydes inferi⁹ declarabit. Et talis difficultas mot⁹ accidit prauior qñ ē fractura in iuncturis ossiuz puoꝝ: ⁊ de prauiori ē vbi iūctura in creatiōe est strictior sic est iunctura cauille. Et subdit ꝙ fractura prauioris incarnatiōis ⁊ vnitiōis ē illa q̄ ē ſm rotūditatē: deide illa q̄ declinat ad rotūditatē: qñ non adheret talis fractura nisi prolōget sup ea ligatura tpe lōgo. Et nisi sumat cibos ⁊ medicias necias q̄ trāsmittūt sanguinē ad illaz ptē ſm ꝙ dixim⁹. Et illa fractura ossiuz est deterior q̄ est ad ptes iteriores ⁊ nō ad exteriores. Deide cū dic.

¶ Et qđ dī de icisione medulle ⁊ iterficit ē intentio cui nō est vtilitas: medulla. n. bz lenitatē viscositatez ⁊ nō icidit: ⁊ qñqz accñt cum fractura accñtia sicut vulnera ⁊ fluxus sanguis ⁊ apa ⁊ attritio ei⁹ qđ circūdat eā ex carne q̄ si nō preparet cū ꝓhibitiōe putrefactiōis: aut scalpellet accidit ex eo corrosio. Et locus qdem fracture magnoꝝ scit per dolorē ⁊ per casuz. Fracture vero pueroꝝ puoꝝ appet p dolorē ⁊ apa. nā in ipsis accñt plura iudicia restauratōis. ⁊ qñ ista ossa redeūt ad situs suos pole est in ifantib⁹ ⁊ q sunt eis ꝓpinqui vt restauret villus virtutis prie in eis. In etate vo adolescētie ⁊ q̄ est post ipaz non restaurat: imo currit sup eam icarnatio ex materia cartilaginosa cōiungens iter duo ossa de genere ei⁹ qđ facit currere erarius de duobus plumbis sup cōtinuationē eris ⁊ aliorū: ⁊ ossa magis iobedientia ad restaurationē faciēdā ē adiutoriū: deide brachiū. Ampli⁹ furcula qñ frāgit ad iteriora prava fit eis cura.

¶ Ponit quintum can. ⁊ dicit sic. ꝙ illud qđ dicit de incisione medulle ꝙ interficit est intentio cui nō est vtilitas: quoniaz medulla ꝓpter suaz lenitatem ⁊ viscositatez nō inciditur. Et quādoqz cum fractura accidunt accidentia: sicut vulnera ⁊ fluxus san. ⁊ apostema ⁊ additio carnis. ⁊ si nō preparatur ad ꝓhibendum putrefactionem accidit corrosio membri. Et subdit ꝙ locus fracture magnorum cognoscitur per dolorem ⁊ per casuz. cetere fracture ⁊ fractura puorū appet per dolorem ⁊ apostema. i. tumorem. Et in pueris accidunt plura iudicia restauratiōis: quoniā in infantibus restaurant per viaz ꝓme intentionis. sed in adolescentibus nō restaurant ossa per viā prime intētionis. qz concurrit ad restaurationem ossium eoruz cartilago cōiungens inter duo ossa. ⁊ hoc facit nā sicut facit ferrarius qñ cōiungit es cū ere. Et subdit ꝙ ossa magis inobedientia ad faciēdū restaurationē est adiutorium: deide brachiuz. Sed quādo furcula frāgitur ad iteriora prava fit cura eius. Deinde cum dicit.

¶ Et fractura fedior in duob⁹ focilib⁹ ē fractura focilis iferiorꝭ eoꝝ sicut dictum est in dislocatione. Res aūt coxe ⁊ cruris est facilior: qm̄ restauratio non ꝓhibet ea a dilatione.

¶ Ponit septimū can. ⁊ dicit sic. ꝙ fedior fractura in duobus focilibus est fractura focilis iferioris: sic dcm̄ ē in dislocatione. sed fractura cruris est facilior. Deide cū dic.

¶ Et mēbra qdez diuersificant in spatio restauratiōis. verbi gratia. qm̄ nasus restaurat scōm ꝙ dī in. ꝛ. ⁊ costa in. xx. ⁊ vlna in eo qđ approximat a. xxx. vsqz ad. xl. ⁊ cora i. l. ⁊ fortasse extendit lōge donec restaurat cora vsqz ad menses tres aut quatuor: ⁊ qđ est supra hoc. Et vt declinet mēbruz in firmatiōe restauratiōis ad ventrez ei⁹ melius est qz vt declinet ad dorsuz ipsius: qm̄ fit declinatio ei⁹ in latere vrine.

¶ Ponit octauum cano. in quo ostendit scōm quot dies membra restaurantur. ⁊ quod dicit est notum ad litterā. Deinde cum dicit.

¶ Et cause ꝓpter quas nō restaurat os sūt multitudo embrocatiōis aq̄ ⁊ multitudo solutiōis ligamentoꝝ ⁊ ligatiōis eorū: aut festinatio in motu: aut paucitas sanguis absolute: aut paucitas sanguis viscosi in corpore: ⁊ ꝓpter illud minorat restauratio fracture colericoꝝ ⁊ convalescentiū. Et de illis q̄ significāt restaurationez ē appitio sanguis q videt q̄si ipe sit supfluitas quā expellit natura ex multitudine sua cuz studio ad fracturam.

¶ Ponit nonū cañ. ⁊ dicit sic. q̄ cause pp quas os q̄ frangit nō restaurat̄ sunt q̄ mēbr̄ multū embrocaret̄ aqua. Et q̄ ligamēta multū solueret̄. Et q̄ mēbrum festinaret̄ ad mouēdū. Et q̄ in corpore eēt pauc⁹ sanguis viscosus. Et pp hoc minorat̄ restauratio in corporib⁹ colericorū et qualescentiū. Et rō. q⁊ ista corpora bñt pauc̄ de sanguie viscoso. Et subdit q̄ de illis q̄ significāt restauratiōez est q̄ in mēbro appet sanguis q̄ sanguis videt̄ q̄si fit supfluitas quā supfluitatē nā expellit cū studio ad fracturaz.

¶ De radicib⁹ restauratiōis ligature. CAP. II.

REstauratio basis est extēsio mēbri cuz quātitate que opz. Nam additio in ea spasmat ⁊ lesionē facit: ⁊ ꝓueniunt ex ea febres: ⁊ q̄nq̄ accidit ex ea mollificatio. ⁊ illud qdez in corporib⁹ būidis est minoris nocumēti ꝓpter iobedientiaz eoꝝ ad extensionez ⁊ diminutio ei⁹ ꝓhibet bonitatē cōsolidationis ⁊ ordis: ⁊ q̄ in dislocatiōe ⁊ fractura est equale. Qd̄ ergo extēdit p̄m modū q̄ oz est vbi fit occupatio cū p̄paratiōe duoꝝ ossiuz p̄m rectitudinem ⁊ positionē pulluilloꝝ ⁊ ligamētorum p̄m q̄ opz ⁊ cooperire ea astellis ⁊ cooperire astellas ligamentis.

¶ Postq̄ Auic. superi⁹ posuit capl̄z vl̄e de fractura. ponit capl̄m de radicib⁹ restauratiōis: ⁊ diuidit̄ in ptes tot quot ponit capl̄a in boc. s. in restaurādo ptes patebūt. p̄m capl̄m bz ptes tot quot ponit cañ. de radicib⁹ restauratiōis. ⁊ ponit multos cañ. in isto capl̄o q̄ patebunt inferius. Dicit sic ī p̄mo cañ. q̄ basis restauratiōis ponit̄ ⁊ extēdet̄ mēbrum cū q̄ntitate q̄ oz. nā si supflue extendit̄ mēbrū spasmat. et facit lesionē: ⁊ proueniūt ex ea febres. Et q̄nq̄ accidit pp extensionē supfluaz mollificatio in mēbro: ⁊ talis extēsio supflua in corporib⁹ būidis ē minoris nocumēti. ꝓpea. q⁊ sunt obediētia ad extēdendū ⁊ diminutio extēsionis mēbri ꝓhibet bonitatē cōsolidationis ⁊ ordīs: ⁊ ꝓhibet illud qō est eq̄le in dislocatione ⁊ fractura. Et subdit q̄ si eger extēdit̄ p̄m modū ꝓueniētē aut q̄n fit occupatio duorum ossiuz p̄m q̄ oz ⁊ coopire astellas ligamētis ⁊ appōere pulluillos p̄m q̄ opz. Deinde cum dicit.

¶ Et oz vt q̄escat mēbrū q̄ntū est pl̄e nisi q̄nq̄ p̄m quātitatez quā tolerat cū nō fuerit nocumētum ⁊ apa vt nō moriat̄ natura mēbri. Et opz vt caueat̄ dolor̄atio vehemēs apud extensionē ⁊ strictura in fractura ⁊ dislocatione simul. ⁊ sil̄r illud qō accidit ex strictura vehemēti ⁊ tardatione solutionis: quoniam illud perducit ad hoc vt moriat̄ illud mēbrū ⁊ putrefiat ⁊ sit necessariuz abscindere ipsum.

¶ Ponit scōm cañ. ⁊ dicit sic. q̄ membrū restauratū oz vt quiscat p̄m q̄ntitatez quā tolerat. ⁊ hoc cū nō fuerit nocumentū ⁊ apa vt nā mēbri nō moriatur. ⁊ q̄n extendis opz vt nō ꝓhibeat̄ ne inducat̄ dolor. et oz q̄ timeat illud qō accidit ex strictura vehementi ⁊ tardatione solutiōis: q̄n istud pducit ad hoc vt moriat̄ illud mēbrū ⁊ putrefiat. et sic nec̄iuz erit abscindere ip̄m. Deinde cū dicit.

¶ Et intentio in pl̄imo restauratiōis est vt eueniat alrosboth in eis q̄ nō sunt ossa capitis. naz sup ea nō orit̄ alrosboth: q̄re opz vt ꝓparet̄ ita vt nō eueniat siccū nec̄ paucū ⁊ itez grossum p̄m ptrās̄iens mēsurā. Et de sicco ē q̄ magnitudo eius diuersificat̄ p̄m mēbrū ⁊ q̄ntitatē fracture in magnitudie sua: aut multitudine ipsi⁹ aut in ꝯrijs ambaꝝ. ⁊ tu qdē scies in diminutiōe qō opz fieri in illo q̄si apud rememorationē ciboꝝ ⁊ apud rememorationē fracture. Et opz vt cum accidit alrosboth vt ꝓhibeat̄ a motib⁹ cōprimētib⁹ ⁊ coitu ⁊ ira ⁊ iracūdia q̄n adurunt sanguinē ⁊ fugit locū calm ⁊ sanguis q̄rit frigidū ⁊ adiuuat̄ cū emplastris fortibus stipticis in q̄b⁹ ē calitas q̄dā ⁊ glutinatio ⁊ ponant̄ in eis q̄ sunt sicut nuꝝ cupressi et dragagātū et medicine que sunt ad rupturam.

¶ Ponit tertiū cañ. ⁊ dicit sic. q̄ intentio in pl̄imo restauratiōis est vt eueniat porus sarcoydes in illis ossib⁹: q̄ nō sūt sic̄ ossa capitis: q̄n in ossib⁹ capitis non orit̄ alrosboth. Et sic oz q̄ ista mēbra tal̄r ꝓparent̄ vt nō eueniat i eis alrosboth siccū nec̄ paucū ⁊ nō eueniat grossuz p̄m trās̄iens mēsuraz ⁊ magnitudo pori sarcoydis diuersificat̄ p̄m q̄ ē mēbrū ⁊ p̄m q̄ est fractura magna vel pua. q⁊ sic̄ ē fractura magna vel pua: sic orit̄ magn⁹ vel pu⁹ por⁹ sarcoydes. Et tu scies quō alrosboth diminuit̄ q̄n erim⁹ rememoratiōi de cibis ⁊ strictura. Et subdit q̄ cū accidit alrosboth oz vt mēbrū ꝓhibeat̄ a motib⁹ cōprimētib⁹ a coitu ⁊ ira et iracūdia: q̄n adurunt sanguinē ⁊ sanguis fugit locū calm ⁊ q̄rit frm. Et subdit q̄ gn̄atio alrosboth adiuuat̄ cū ēplis fortib⁹ stipticis in q̄b⁹ ē calitas q̄dam ⁊ glutinatio: ⁊ ponit medicīas q̄ ponunt̄ i istis emplis ⁊ sūt note. Deide cū dic̄.

¶ Et quādo accidit fracture vt nō restaureť restauratiōe de qua cureť tūc fiat in ea qddaz sile fricationi in vlceribus q̄ nō sanant̄: et est vt fricetur vtrisq̄ manib⁹: donec auferat̄ viscositas vilis debilis q̄ est q̄si ipsa nō sit aliqd: q̄re accidit vt eleuet̄ in locū et ipellat̄ ad ip̄m sanguis bonus nouus et coagulet̄ sup ip̄m rosboth forte: et multotiens qdez egrediunt̄: et alterat̄ color ossis: res sil̄es corticib⁹ et squamis ꝓpter fricationē. et sup huiusmodi nō ponant̄ astelle: imo si fuerit nec̄iuz sufficiat ligatura bona.

¶ Ponit quartū cañ. ⁊ dic̄ sic. q̄ q̄n accidit fracture vt nō restaureť restauratiōe de qua possit curari: tunc fricet̄ sic̄ fricant̄ vlcera q̄ nō sanant̄: ⁊ fricet̄ vtrisq̄ manib⁹ donec auferat̄ illa viscositas q̄ est ac si ipsa nō sit aliquid quādo accidit ꝓpter fricationē vt veniat ad mēbrū sanguis bonus ⁊ gn̄et̄ alrosboth forte. Et subdit q̄ m̄totiēs egrediūtur res similes corticib⁹ ⁊ squamis per fricatōez ⁊ ī bō dispositione non ponant̄ astelle: immo sufficiat ligatura bona. Deinde cum dicit.

¶ Et quādo aggregant̄ fractura ⁊ vulnera tūc nō est pl̄e vt differat̄ restauratio vsq̄quo sanent̄ vulnera. os. n. indurat̄ ⁊ nō recipit restaurationē nisi cuz prauitate ⁊ extēsione vehemēti ⁊ dispōnibus maximis. Et cū hoc q̄n accidūt cū vulnere dolores ⁊ apata in q̄bus est timor tūc vt torqueat̄ membꝝ meli⁹ est q̄z vt accidat timor magn⁹: quare oz vt in huiusmodi fractura nō perueniat̄ ad vltimū in re restauratiōis.

Et qñ est cū fractura attritio est cuz illo timoz in cozrosione mēbri: q̄re oz vt scapellet locus ad hoc vt egrediat sanguis: qm̄ in ipso ē timoz t est vt moziat mēbrū. t si fluat sanguis tunc oz vt retineat. Et multotiēs qdē fit necessariū ꝓpter timorē apostematis t nocumētuz vulneris vt facias aliud q̄z sit necessariuz de curatione membri: quare flebotomas t soluis ventrem t subtilias cibum.

¶ Ponit gntū cañ. t dicit sic. q; qñ fractura t vulnera aggregant: tūc non est pse vt differat restauratio vsq; quo sanant vlcera. Et rō est. qz si differt restauratio: tūc os nō recipit restaurationē pp duritiez nisi cū difficultate t prauitate t extensione vehemēti. Et iō subdit q; qñ accidūt in vulnere dolores t apata in qbus est timoz vt mēbrum torqueat melius est q̄z vt accidat timoz magnus. q̄re opz vt in hꝰ fractura nō pueniat ad vltimū i restaurando. et subdit q; qñ cum fractura est attritio t timoz ne corrodat mēbrū. q̄re opz vt locus scapellet taꝛr vt egrediat sāguis qñ est timoz ne moziat mēbrū. t si sanguis fluat supfluꝰ: tūc opz vt retineat. Et subdit q; multotiēs fit necessariuz vt soluat venter t fiat flomia pp timorez ne mēbro eueniat apostema. Deinde cum dicit.

¶ Et qñq; accidit ex strictura pruritꝰ t ē necessarium vt soluat: aut embrocet mēbr cū aqua calida donec resoluant humiditates mordicatiue. et Hyp. qdē pcipit ei q restaurat vt sugat aliquid de helleboro in illa hora t fuit eiꝰ intētio vt trahant mãe ad interiora. t Ha. phibet hoc: imo pcipit vt bibat agaricuz. Oz si fuerit necessariū tūc detaliqd de sirupo acetoso i quo sit virtꝰ acuta. t dz q; illud fuit in tpe Hyp.

¶ Ponit sextū cañ. t dicit sic. q; qñq; pp strictura accidit pruritus: q̄re est necessariū vt mēbrū dissoluat t embrocetur cū aq̄ calida donec resoluant hūiditates mordicatiue. Et subdit q; hyp. pcipit ei q restaurat vt sugat aliqd de elleboro: t intentio eiꝰ fuit vt trahant mãe ad iteriora. Et Ha. prohibet hoc: imo pcepit vt bibat agaricum. Et dicit Auic. q; si fuerit necessariū dare hoc: tūc detur de sirupo acetoso aliqd in quo sit virtꝰ acuta. t dicit q; illud de ellꝺ fuit tpe Hyp. Deinde cum dicit.

¶ Et supfluitas que est iter duo tēpora est mirabilis. t cū volueris facere restauratōez: deide dolet t ingetat: tunc rectiꝰ est vt dimittas illud t extrahe illꝺ qꝺ redire feciſti: fortasse. n. remouebis per illud ifirmū a doloribꝰ.

¶ Ponit septimuz cañ. t dicit sic. q; supfluitas q̄ est inter tps ꝓncipy t tps restauratiōis est mirabilis. Et subdit q; cū tu volueris facere restaurationē t membrū postq̄z restauraſti dolet t ingetat: tūc rectius ē vt dimittas restaurare. t extrahe illud qꝺ feciſti redire: qñ fortasse per hoc remouebis ab infirmo dolorez.

¶ In fractura aūt in lōgitudine suffic vt mēbrū adhereat cū strictura vehemēti t vehemētioze q̄z in alīs: i cuiꝰ ꝓsstiōe vltimatio fiat ad iteriora. In fractura autē q̄ est in osse oz vt duo ossa stent ꝑm rectitudinem in fine q possibilis ē obseruando illud ex pte situs partiū sanaz. t consideras an sit oppositio ossis buiꝰ ad suuz cōpar ossis alterius: deide restaura: t obserua. nam iter illud sunt res de illis sicut frusta t additiones: t de illis sunt vacuitates: veruz frusta qñ non decenter componunt soluunt inter os t inter restaurationem.

¶ Positis aliqbus canonibꝰ de vase restauratiōis. Ponit alios cañ. t iterū diuidit in ptes tot quot ponit cañ. q oēs apparebūt inferi. dicit sic de ꝑ cañ. q; in fractura q̄ est in osse ꝑm lōgitudinē sufficit vt mēbruz adhereat strictura vehemēti. t sit strictura vehemētioz q̄z in alys stricturis t ꝓximat mēbr versus ptes interiozes mēbri. Et subdit q; fractura q̄ est in osse opz q; duo ossa stent ꝑm rectitudinē q̄ ē polis: t debes obseruare ꝫ faciēdo ꝓpōnē ad ptē sanaz: t ꝓsidera an oppositio istiꝰ ossis sit ad suū cōpar ossis alteriꝰ: deide restaura t obserua. Et subdit q; qñ frusta ossis nō decent ꝓponunt soluūt iter fracturā t restauratōz qz nō pmittūt facere restaurationē. Deide cū dicit.

¶ Et qñ frangit iterū t remanent iter duas scissuras ossis non pmittunt vt adhereat vna earū alteri t separant: q̄re fit vlcus in quo semp aggregat virꝰ: q̄re accidit inde q; ipmmet putrefit t putrefit mēbrū. Amplius vnitio nō fit fortis: fortis. n. nō fit nisi qñ decēter continuantur frusta t additiōes in oppositiōe sua q̄ ei opponitur. est ergo necessaria extensio postq̄z fuerit verificata oppositio iter duo ossa t iter additiōes t meatus q deglutiunt eas t verificata fuerit restauratio. Cū ergo extēderis t oppoſueris: rectū est cū inuenis oppositōez verificataz vt mollifices extensionē paulatim t obserues oppositionem vt declinet cuz attractione t obserues cum manu tua dispositionē eiꝰ qꝺ decenter componitur.

¶ Ponit zm cañ. t dicit sic. q; qñ os frāgit t iter duas scissuras ossis remanēt ista ossa nō permittūt vt vna scissura ossis adhereat alteri scissure: q̄re accidit ide putrefactio i mēbro. Et subdit q; restauratio mēbri i ꝑ restauratōis nō fit fortis: nō. n. fit fortis nisi qñ decent ꝓtinuant frusta et additiōes ossis in oppōne sua. Et sic postq̄z iter duo ossa ē fcā oppositio ita q; meatꝰ deglutiāt se: tūc ē nēcia extēsio q̄usq; vificet restauratio. Et subdit q; cū imediate extenderis t oppoſueris vnā ptē ossis alteri pti t vificata ē oppositio ptiū ossis: rectū ē vt extēsio mollificet paulatiz et obserues cū manu tua illꝺ qꝺ decēter ꝓpōit. Deiñ cū dic.

¶ Et si inueneris eminentiā aut aliud rectifica illud cum manu: deide necessariū est ligamentum cōseruans mēbrū ꝑm qtez suaz nō durū: qñ dolere facit valde: neq̄z lene quoniā dimittit cōseruationē. t de rebꝰ q̄ earū est media est melioz. t opz vt sit ligamentū posituz ad illud ad qꝺ est iclinatio vehementius.

¶ Ponit tertiū cañ. t dic sic. q; si tu inueneris eminētiā aut aliud tu debes rectificare illud cū mānu tua: deide administra ligamentū nēciuz ita q; ligamētū nō sit multū strictū nz mltū molle. qñ melioz medicīa fracture ē ligatio t ligamētū oz q; sit positū vehemētius ad illud qꝺ magis declinat. Deinde cum dicit.

¶ Et si fractura est cõpleta tunc oz vt equetur equatiõe stringente eã ex omni parte. Q; si fractura fuerit in parte pl's oportebit vt sit strictura illic plus: ⁊ si cuz fractura fuerit aliqd ex frustis ⁊ ossibus paruis tũc si fuerit ledens dolorem facies tunc valde ad illud cũ rectificatiõe. Q; si nõ fuerit ledens tũc non cures de eo neq; apponas manuz. Q; si verbi gratia. audita fuerit eius crepitatio tunc sperat̃ q; currit sup eaz rosbotb. Cum ergo securus fuerit de illo tunc nõ opz vt tardetur res eius.

¶ Ponit quartũ cañ. et dicit sic. q; si fractura est cõpleta: tunc oz vt fractura equet̃ equatiõe stringẽte eã ex oi pte Et si fractura fuerit plus in pte oz q; strictura sit pl's illic vbi est fractura. Et subdit q; si cũ fractura fuerit aliquid de frustis ossium si illud frustuz ledit oz rectificare. Si aũt nõ ledit dimittat̃ ⁊ nõ curet̃ de eo. Et si vides os crepitare: tunc speratur q; alrosboth venit super ossa fracta

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quãdo accidit ex frustis disruptio carnis nõ est tũc rectum occupari in dilatatiõe disruptionis operatiõe stolidoruz sed est necesse vt extendãtur duo ossa ad duo latera ſm vltimuz finez rectitudinis ne sit tortuositas in eis quoniaz in tortuositate tũc est corruptio ossis. Cũ ergo extenderis ipsum tunc redi ad frustum ⁊ reduc ipsum ⁊ stringe illud.

¶ Ponit quintũ cañ. ⁊ dicit sic. q; qñ ꝓpter frusta ossium accidit disruptio carnis nõ est rectũ occupari tũc in dislocatione disruptiõis carnis operatiõe stolidox. ſz est neẽe vt restaurent̃ ossa ſm vltimũ finez rectitudinis ne sit tortuositas in ossib⁹: qm̃ i tortuositate tũc è corruptio ossis. Cũ ergo extenderis mẽbrũ: tũc si eẽt aliqd frustũ reduc ⁊ stringe cũ ligatura. Deinde cũ dicit.

¶ Si aũt nõ redit tũc nõ dilates disruptionem: imo pñs sis vt videas mẽsuram qua idiges ⁊ pfora in ea ſm quãtitatẽ qua igrediat̃ in eã frustum ⁊ cõpone supẽr ipm̃ fustum cutis lenis super qd̃ possit esse foramẽ spissum ⁊ penetret frustum in ipm̃: ⁊ preme sup cutem ⁊ manuz cõpressiõe grauante eas ambas: ⁊ ꝓcedet os in foramine ꝓcessione ad radicez suam: deide serra cuz serra opatõis: ⁊ est serra minuta subtilis acuta sicut serra facientiuz pectines. ⁊ fortasse pforat̃ radix cuius pforatio est necessaria cum tripano faciẽdo foramia cõtinua accipiẽdo locum cuius querit̃ fractura: ⁊ illud nõ est auferens timorez vbi est post os corpus nobile: licz fortasse sit saluius q; instrumẽta mouẽtia motu suo aut sua collectione aut incisione sua. Et qñq; ingeniat̃ vt ponatur tripanũ sup latitudinem substãtie nõ ꝓmittentez tripanũ penetrare nisi ſm quãtitatez adiuuantez: q̃re est minoris nocumẽti q; istrumẽta mouẽtia. ⁊ pp boc oz vt sint apud restauratores ipsoruz tripanoz

species plures preparate.

¶ Ponit sextum cañ. ⁊ dicit sic. q; si frustũ non redit tunc debes pforare ſm quãtitatẽ qua frustũ ossis exeat extra: istud frustuz serret̃ cum serra facientiũ pectines. Et subdit q; fortasse istud frustum ossis auferet̃ cũ trepanis: ſz talis pforatio nõ sit auferens timorẽ ⁊ ꝓprie vbi post os qd̃ aufertur est aliqd̃ corp⁹ nobile: sic eẽnt nerui artarie ⁊ vene. ⁊ ista ablatio cũ trepano ẽ saluior q; cũ reliquis istris que auferũt aut collectione: sicut tenalie: aut incisione sic rasorium. Et nõ ꝓmittat̃ q; trepanum penetret vltra necessitatem. Et sic cõcludit q; ꝓpter hoc restaurator debz bre multas spẽs trepanox. Deinde cũ dicit.

¶ Et fortasse non apparet frustuz sed est necessarium ad intus illud qd̃ exiccat ⁊ retinet ipm̃. deinde fieri illud quod oportz. Q; si fuerit frustum aut petia ossium separatum pungens locum ⁊ dolorez faciens tũc necesse est scinderc ⁊ vti regimine ad extrahendũ illud qd̃ egreditur. Et multotiẽs oportet serrare illud. ⁊ quãdo fuerit illud quod fractum est ⁊ cõminutuz magnum ⁊ fuerit eius cõfractio ⁊ cõminutio plurima tũc necesse erit vt extrabatur totũ. Si autem fractura non fuerit cum cõminutione ⁊ fuerit dislocatio eius scissura capiens locũ plurimuz: tũc incide infirmiorez locũ ⁊ dimitte reliquuz: qm̃ non est nocumentum in eo: immo nocumentũ in abscidendo totũ est magnũ.

¶ Ponit septimum cañ. ⁊ dicit sic. q; fortasse non apparet frustuz ossis: ⁊ tũc est necessariũ ponere exiccantia: deide fiet illud qd̃ oportet. Et subdit q; si fuerit frustum ossis pungens aut petia separata ab osse: tunc necessarium est scindere locum ⁊ extrabere illud os. ⁊ quãdoq; est necessarium vt serret̃ illud os. Et subdit q; si illud os quod est fractum fuerit cõminutum: tunc opz vt extrahatur totũ os. Et subdit q; si fractura nõ fuerit cum cõminutiõe ossis: ⁊ dislocatio ⁊ scissura fuerit plurima: tunc incide locũ infirmiorem: ⁊ alium locum dimitte: quoniã non est nocumentum in dimittendo: imo nocumentuz in abscindẽdo totum illud est magnum.

¶ De admonitione restaurationis. CAP. III.

Necesse est restauratorem vt cõsideret inclinationẽ ossis: ⁊ qm̃ ipse inuenit apud partez ad quã inclinat̃ gibbositatez ⁊ apud partẽ a qua inclinat̃ cõcauitatẽ. Et plurimũ quidez itelligit illud cum tactu. ⁊ illud iterũ qm̃ dolor fit vehemẽs in pte ad quã est inclinatio. ⁊ crepatio iterũ significat illud ⁊ super illud fabricet rem suam.

¶ Posito capto de vasi restaurationis. ponit capituluz de ãmonitione restauratoris. ⁊ diuidit̃ istud capituluz in tot partes quot ponit cañ. de restauratione. partes patebunt legendo ⁊ exponendo litteraz. dicit sic de ꝑmo canone: q; restaurator debet cõsiderare inclinationem ossis: quoniã restauratio inuenit apud partez ad quã inclinatur gibbositatem. Et apud partem a qua inclinatur inuenit cõcauitatem: et restaurator intelligit hoc cum tactu: ⁊ cognoscitur. etiam quia dolor est vehemens in illa parte in qua est declinatio ossis. et etiam crepitatio significat os fractum. Deinde cum dicit.

¶Et est necessariū restauratoꝛi vt extendat manum suā sup locuꝫ fracture in diſpōne itineris eius ad supioꝛa ⁊ iferioꝛa cū facilitate ⁊ ſubtilitate donec ſi viderit ſeparationē aut eminentiam aut fruſtuꝫ cognoſcat ipm vt nō liget vicealtera niſi ꝑm q̄ oꝫ:qm̄ accidet cōfuſio aut dolor:⁊ nō oꝫ vt cōfidas in equatiōe ſenſata ꝑ manum ante cōplemētuꝫ ſanitatis.nā multotiens occultat apa cōtuſionē ⁊ torſionem:cum ergo restauratoꝛ puenerit ad fracturā ⁊ iuenit illud ſi nō exquiſite operat in eo deturpatur mēbrū: ⁊ ſi exquiſite operat perducit ad ſpaſmū ⁊ febrem paruaꝫ:ergo melius est vt dimittat illud ⁊ non tangat ipſum.

¶Ponit zm can̄. et dicit ſic. q̄ restauratoꝛ debꝫ extendere manū ſuā ſuper locū fracture tangēdo ad supioꝛa ⁊ iferioꝛa cū facilitate ⁊ ſubtilitate donec ſi viderit ſeparationeꝫ aut eminētiam aut fruſtum cognoſcat illud: ⁊ nō liget restauratoꝛ nō ꝑm q̄ opꝫ:imo liget ꝑm q̄ oꝫ. qꝛ ſi ligaret nō ꝑm q̄ oꝫ faceret accidere doloꝛeꝫ aut ꝯtuſionē.Et ſubdit q̄ nō oꝫ restauratoꝛeꝫ cōſiderare in equatiōe quā videt ⁊ ſenſata ꝑ manū. Naꝫ multotiēs apa occultat contuſionē ⁊ torſionē. Et ſubdit q̄ cū restauratoꝛ puenit ad fracturā ⁊ inuenit.ſ.apa torſionē ſi non exquiſite operat in mēbꝛo deturpat mēbꝛū. et ſi exquiſite operat ꝓducit ad ſpaſmū ⁊ febꝛem pꝛauam.Ergo melius est vt dimittat illud ⁊ nō tangat ipſum.Deinde cum dicit.

¶Cum ergo icipit puenire ad restaurationem ptis oſſium ⁊ nō penetrat opꝫ vt nō vim faciat ⁊ faciat ipam ingredi cuꝫ difficultate ꝑm oēm diſpoſitiōeꝫ qm̄ ingredit ſuper ifirmuꝫ qđ est maius q̄ remaneat os nō equatuꝫ. Et ſi dolet reditio ⁊ rectificatio valde ⁊ est pole medico vt reducat illud ad diſpōnē fracture tūc est delitie ifirmo ⁊ cōcupiſcētia magna.

¶Ponit tertiū can̄. et dicit ſic. q̄ cū restauratoꝛ peruenit ad restaurandū partes oſſiuꝫ ⁊ nō penetrat.ſ.vna ꝑs oſſis in aliā nō oꝫ vt faciat fracturā ingredi cū difficultate ꝑm oēm diſpōnem qm̄ ſuper infirmū fiet maius maluꝫ q̄ vt os remaneat nō equatuꝫ. Et ſubdit q̄ ſi reditio ⁊ rectificatio dolet valde.⁊ est pole q̄ medicꝰ reducat mēbꝛuꝫ ad diſpōnem fracture tūc infirmo est delitie ⁊ cōcupiſcētia magna.Deinde cum dicit.

¶Et opꝫ vt restauratoꝛ feſtinet ad restaurādū illud qđ fractum est ⁊ restauret in die ſuo:qm̄ quāto plus elōgatur tāto est eius itroitus difficilioꝛ ⁊ nocumēta in ipſo ſūt plima ⁊ ꝑpꝛie in oſſibus q̄ circūdāt lacerti ⁊ nerui plēs ſic̄ coxa. ⁊ opꝫ vt adiuuet ad feſtinationē restauratiōis cū cauſis in ꝯtrario cāruꝫ oppoſitaꝝ ꝓdictarū ⁊ pꝛima est cōglutinatio ſanguis viſcoſi.

¶Ponit quartum can̄. et dicit ſic. q̄ opoꝛtet vt restauratoꝛ feſtinet ad restaurandum mēbꝛum qđ est fractum ⁊ restauret eo die quo frangitur qm̄ quāto plus elongatur restauratio tanto plus itroitus oſſis ⁊ eius reditio fit difficilioꝛ ⁊ nocumēta in ipſo ſunt plura ⁊ ꝑpꝛie in oſſibus q̄ circundant lacerti ⁊ nerui plures ſicut coxa. Et ſubdit q̄ ad feſtinationem restauratiōis opꝫ vt adiuuet cū cauſis

ꝯꝛys.ſ.ad faciendū bonuꝫ regimē ⁊ ad gn̄andū poꝛꝝ farcoydeꝫ:ſicut ſunt cibaria viſcoſa.

¶De ꝑparatione restaurandi. CAP. IIII.

Oꝛtet vt oi mēbꝛo qđ tu restauras ſit ꝑparatio cōueniēs ꝓhibēs doloꝛē. ⁊ melioꝛ ꝑparatio cū hoc est illa q̄ est ei per nām.verbi gꝛa. vt ſit i manu ad furculaꝫ ⁊ ſit in pede ad illud qđ ipellit obſeruando cōſuetudinē ifirmi in hoc. ⁊ ſicut mēbꝝ qđ opꝫ ſuſpēdi opꝫ vt ſuſpendat̄ ꝑm equalitatem.ſilr membꝛuꝫ cuiꝰ diſpoſitio ſignificat ne ſuſpendatur opꝫ vt ſit eius accubitatio ⁊ ipſiꝰ locus ſuper rem planam vt nō ſuſpendat̄ pars eius ⁊ reſtringat̄ pars eius.

¶Ponit capm in quo oñdit qūo membꝛū oꝫ ꝑparari q̄ restaurat̄ ⁊.z.facit: ſicut duos can̄. ponit.zª ibi(Et ſuſpēſio qdem)Dicit ſic de ꝑma ꝓte canonis q̄ opꝫ vt mēbꝛuꝫ qđ restaurat̄ ſit taliter ꝑparatū vt nō doleat:⁊ talis ꝑparatio est vt ſituet membꝛuꝫ ꝑm nām ſuā ⁊ ꝑm cōſuetudinē ifirmi ⁊ ſic mēbꝛū qđ oꝫ ſuſpendi ſuſpendat̄ ſicut est bꝛachium. Et mēbꝛuꝫ qđ nō debet ſuſpendi nō opꝫ q̄ ſuſpendatur ⁊ accubitatio iſtius mēbꝛi ⁊ locus eius oꝫ q̄ ſit ſupꝛeꝫ planam. Deinde cum dicit.

¶Et ſuſpenſio qdem est mala oi restaurato ſic̄ ipulſio ad supioꝛa est illi ꝯueniēs dum ꝓhibēs nō ꝓhibet. ⁊ cū ꝑparatio mēbꝛi fit ita vt ſit alterius q̄ꝫ opꝫ aut magis infirmum inclinat mēbꝛum et contoꝛquet ipſum ꝑm inclinationem ſuſpenſiōis et pꝛeparationis.

¶Ponit alium can̄.et dicit ſic q̄ ſic̄ ꝑparatio membꝛi ad supioꝛa est ꝯueniēs ita ſuſpēſio mēbꝛi ad iferioꝛa est mala ꝓterq; in mēbꝛis debētibus ſuſpēdi.qꝛ talia mēbꝛa opꝫ vt ſuſpēdant̄:ſicut bꝛachia ⁊ virga. Et iō dicit Auí. Dum ꝓhibens non ꝓhibet.Et ſubdit q̄ ſi ꝑparatur membꝛum aliter q̄ꝫ oportet:tunc membꝛum toꝛquet ꝑm q̄ inclinat̄ ⁊ ſuſpenditur ⁊ pꝛeparatur.

¶De qualitate ligamentoꝝ ⁊ aſtellaꝝ. CAP. V.

Oꝛtet vt ſint pāni ligamētoꝝ mūdi: nam ſoꝛdidus est durus et facit doloꝛem.et ſit ſubtilis vt penetret res ſi linit̄ ſupꝛ ipꝫ et ſit leuis vt nō grauet ſupꝛ membꝛū infirmuꝫ. Et opꝫ vt ligamēta capiant de loco ſano aliq̄d cui ſit quantitas:illud.n.est magis tenens restauratos q̄ꝫ vt ſeparet̄ ⁊ magis infirmū:q̄ꝫ ſit neceſſariū vt nō ſit ſuperfluitas in illo:qm̄ faciet vt mēbꝛū bēat meatus ſtrictos nō ſuſcipiētes nutrimētum.

¶Poſito capꝰ de pꝛeparatiōe restaurandi mēbꝛa ponit capm de qualitate ligamētoꝝ.⁊ diuidit̄ in ꝓtes tot quot ponit can̄.de mō ligandi canōes.oēs patebūt exponendo eos.dicit ſic de ꝑmo.q̄ oēs pāni ligamētoꝝ oꝫ vt ſint mūdi:qm̄ ſoꝛdidus pānus est durus. ⁊ facit doloꝛē: ⁊ oꝫ q̄ talis pānus ſit ſubtilis.⁊ ꝫ vt ſi linit̄ aliq̄d ſuper iſtū pānuꝫ vt penetret:⁊ opꝫ q̄ talis pānus ſit leuis vt nō grauet ſupꝛ mēbꝛum infirmū:⁊ ligamēta opꝫ q̄ capiant de loco ſano aliquid cui ſit q̄ꝫtitas. qꝛ illud est magis tenens restauratos:ſed non opoꝛtꝫ vt ī hoc ſit ſuperfluitas:qm̄ faceret vt membꝛum habeat meatus ſtrictos; quare non penetrat

nutrimentum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iterū illud quod admonuimus de strictura est magis exprimens humiditatē effusam ad membr infirmū. ad illud qđ est lōginquius eo expellēdo ⁊ magis phibēs illō qđ attrahit ad ipz ⁊ ligamētū latū ad illud est melius: qm magis facit adherere ⁊ plus dilatās: vez scōz q possibile est in omni mēbro. naz illud qđ pōt est ex hoc in pectore nō est sicut illō qđ pōt est i manu: ⁊ qđ non est ex mēbris latuz: nā illud non ē pōt i eo: imo qñ lata est vitta nō fit bona ei⁹ oz diatio sup mēbr sīt illi: imo fit feda: ꝙpter opz vt sit ꝓtētus de huiusmōi in illa cui⁹ amplitudo est triū digitoz vsq ad quatuor: ⁊ illa sūt sicut focile ⁊ furcula: ⁊ sicut illis silia: nam non est in eis pōt illud: imo si nō ligant cum subtili nō est pōt: in furcula. n. nō cōuenit lata. Et in huiusmodi qdē est necessariū multiplicare involutiones vt stent loco dilatationis. ⁊ vitta que involuit sufficit vt sit latitudo eius triuz digitoz aut q̄tuor ⁊ lōgitudo ipsius triū cubitoz.

¶ Ponit tertiū cañ. ⁊ dic sic: q oz ꝓsiderare illō qđ admonuimus de strictura que est magis exprimēs humiditatem effusam ad ipm mēbr infirmū: ⁊ est magis phibēs illud qđ attrahit ad ipm: ⁊ sic ligamētū latū ad stringēdū est meli⁹: qm facit magis adherere mēbra fracta. ⁊ est magis dilatatum. Sed oz q ligamētū fiat latū et strictū fm q est pōt in mēbro: qz in pectore non est pōt q fiat illud ligamētuz latū sicut est pōt i manu ⁊ alijs extremis ptib⁹ corpis: qm si sup pect⁹ admīstrat vitta lata ligatura non sit bona: imo fit feda. Et sic oz q i pectore sit vitta lata triū digitoz: aut q̄tuor ⁊ talis ligatura oz fieri in osse pectoris: et in furcula ei⁹: qz i furcula pectoris nō ꝓuenit ligatura lata: ⁊ sic est necessarū mltiplicare involutōes ligature ⁊ stent loco dilatatiōis: ⁊ sic vitta que involuit: oz q sit trium digitoz aut q̄tuor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et pulvillor fortitudo qñq sit vehemens in adiutorio ligamētor ad faciēdū adherentiam. Verū pulvillor sūt due spēs. Una earū ē i qua est intentio eq̄re concauitatē mēbri: ⁊ adhibeat studium vt non cadat inter ea ambo foramen ⁊ vt non supponant suppositione diuersa ⁊ vt buccellent cum eis vlcera. Et altera est in qua ē intentio vt coopiat cum ea ligamētū ⁊ equet equatione scōa vt revoluat ligamentū ⁊ adhereat scōz equalitatē: quare nō erit loc⁹ strictior loco ⁊ mollior loco: quare faciunt ea adherere astelle adherētia bona. primū ergo eor sunt ligamēta ⁊ vitte: ⁊ scōz sunt astelle: ⁊ ligamētū iferius phibet mās ⁊ scōz torsionē.

¶ Ponit 3m cañ. ⁊ dic sic: q fortitudo pulvillor: qñq sit vehemēs in adiutorio ligamētor ad faciēdū adherētiā. Sz pulvillor sunt due spēs. vna spēs pulvillor ē que bz eq̄re ꝓtinuitatē mēbri: ita vt nō eadat iter mēbra foramē: ⁊ etiā vt cuz istis pulvillis buccellent vlcera si sunt. ⁊ altera spēs pulvillor est in qua est itētio vt coopiat ligamētū eq̄tiōe 2a. vt revoluat ligamētū: ⁊ adhereat fm eq̄litatē: ⁊ sic vn⁹ locus ñ erit strictior alio loco nec melior alio. ēt isti pulvilli faciūt adherere astellas bona adherētia. p̄m q̄ qđ administrat sunt ligamēta ⁊ vitte. Et 2m qđ administrat sunt astelle. tūc ligamētū iferius phibet mās venire ad mēbr: ⁊ 2m qđ administrat phibet torsionē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et opz vt sint margines pulvillor: vbi pōt est: ⁊ illa quātitas exigit vt sit numerus pulvillor. Et fortasse ē necessariū administrare pulvillos paruos quos cooperit pulvillus vnus equans super eos in longitudine ligamēti cadētis super locum.

¶ Ponit 4m cañ. ⁊ dicit sic: q margines pulvillor oz q administrent vbi est pōt: ⁊ illa q̄tas exigit: vt sit numerus pulvillor: vt qz sicut fractura est magna vl pua: ita administrent pulvilli. Et subdit q fortasse est nēciuz administrare pulvillos quos opit pulvillus vnus lōgus equās i lōgitudinē ligamēti cadētis sup locū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ligamētū qđ noiat bñs duas facies: vl facies bois: ⁊ bñs duo capita est illud qđ administrat: ita vt ponat mediū pāni cum qua ꝓseruatur equatio loci ifirmi sup locū suū: ⁊ sit illud in medio albadacati: deinde accipiat cuz vnaq̄q duar medietatū ad ptē diuersam: ⁊ fiat in iuolutione earū cū vtrisq manib⁹ sil scōz q est famosum qđ nō ē nobis nēcariū exponere.

¶ Ponit 5m cañ. ⁊ dicit sic. q ligamētū qđ noiat bñs duo capita administrat: ita vt ponat mediū pāni cum q̄ conseruat equatio loci: ⁊ fiat in mēbro albacati. i. in mēbro pōt vt in eo fiat tale ligamētuz: ⁊ fiat involutio ⁊ ligatio vtrisq manib⁹ simul fm q est famosum: qđ non est nēciū exponere.

¶ De eq̄tione ligamēti cū expōne ⁊ distictōe. CAP. VI.

Portet vt incipiat cū ligamēto a loco fracto ⁊ ab eo vbi declinat ad os ⁊ illic sit vehemētius strictū: ⁊ vbi fractura est vehemētior oz vt sit ligamētuz fortius: ⁊ ad vltimū locus fracture: ⁊ locus a quo ē necariū expellere mās: ⁊ est vt seruet sup eam sit⁹: ⁊ illud qdez securat ab apatione: imo fortasse resoluit apationē: ⁊ ē cuz securatiōe ab apatione ⁊ putrefactōe ossis. Iterū illud qdez nō ꝓfert ad virus si gnat in ipso osse puenies ad medullā ⁊ corrūpēs medullā ⁊ os: ⁊ est necessariū vt frāgat ⁊ ab eo discoopiat: ⁊ vt fiāt vie ad pus: ⁊ ad egredīēdū. Et est melior locoruz cū defensione ei⁹ qđ venit de eius gñe qui sit: lz mēbrū iferius qñq expellat ad supi⁹ supfluitatē suā qñ supius est debile.

¶ Posito capl̄o de qualitate ligamēti vl magis. Ponit capitulū de q̄litate ligamēti magis pticulariter i q̄ oñdit distinctionē ⁊ expōnē ligamētor. Et diuidit istud capl̄m in ptes tot quot ponit in hoc cañ. ptes patebūt iferius exponendo eas. Dicit sic de ꝑma pte. q ligamētū oz vt incipiat a loco fracto. i. vbi sit fractura: ⁊ īcipiatur vbi declinat os. Et vbi os declinat sit vehemētius strictum. Et sic vbi fractura est vehemētior: oz q ligamentū ibi sit fortius. Et ad vltimū locus fracture est locus a quo est necessariū expellere mām in artarys: ⁊ vt seruet sup mēbr sit⁹ eius: ⁊ hoc totū securat ab apate. imo fortasse resoluit apatōez: ⁊ iduc

securationē ab apatione ⁊ putrefactōe ossis iterū. Et subdit ꝙ hoc totū qō ocñ est nō ꝓfert si virus gñat in osse puniens ad medullā ⁊ corrumpēs medullam ⁊ os: ⁊ sic est necessariū vt fiat via vt egrediat pus. ⁊ melius est vt defendat mēbr̄ ab eo qō est de gñe ei⁹. i. a nutrimēto supfluo: qz mēbr̄ inferi⁹ mittit supfluitatez suam ad mēbr̄ supius qñ est debile supius. ℂ Deinde cum dicit.

℣ Et non opz vt fiat vltimatio in strictura ligamentor̄ ⁊ astellarū tanta que ꝓhibeat aduētuz nutrimēti ⁊ sanguis: illud nanq̄ est ex illis que ꝓhibēt restaurationē: ⁊ Hyp. qdē adiuuat ligamenta in eo ꝙ conat de expulsione apatis cū ceratis repcussiuis cum oleo omphacino ⁊ cera: ⁊ fortasse est necariū sedare apostema cum eis que sunt sicut oleū camemillinū: ⁊ sicut cū vino stiptico: nam ipm resoluit apostema ⁊ ꝓfortat mēbr̄. ⁊ vbi fuerit vlcus non appropinquet ceratū: ⁊ fortasse est necessariū illud in quo est fortitudo ⁊ resolutio sicut oleū ⁊ mastix ⁊ ammoniacū: ⁊ ad vltimū cum ligamētuz admistrat ⁊ fractura est recēs que nondū apat: tūc oz vt sit ex ligno ⁊ ifrigidatū repcussiuū: ⁊ fortasse sufficit vt liniat cum aq̄ ⁊ aceto: ⁊ fortasse administrat cū cerato ⁊ silib⁹ de illis que narrauim⁹. ⁊ si admistrat post apa: tūc melius ē vt sit ligamentum ex lana que sit infusa in oleo resoluente apa ⁊ liniēte ipsum: ⁊ ꝑm oēm dispōnē in ligamento supp qō ponit ceratū de subtus ē securatio a commotione doloris: ⁊ propie qñ medicus non est presens.

℣ Ponit z^m^ cañ. ⁊ dicit sic: ꝙ nō oz vt fiat vltimatio ligamētor̄ in strictura ⁊ astellar̄ tāta que ꝓhibeat aduētū nutrimenti ⁊ sanguis ad mēbr̄: qñ talis ꝓhibitio aduēt⁹ nutrimenti ꝓhibet restaurationē. Et subdit ꝙ. Hyp. adiuuat ligamēta vt expellāt mām veniētē ad mēbr̄ cū ceratis repercussiuis cum oleo onfancino ⁊ cera. Et subdit ꝙ fortasse est neciū sedare apostema cuz eis que sunt sicut oleū camomillinū: ⁊ cū vino stiptico: qñ boc resoluit apa ⁊ cōfortat mēbr̄: ⁊ vbi fuerit vlc⁹ nō appropinquat cerotū. Et fortasse est neciū admistrare illud in quo est fortitudo ⁊ resolutio: sicut oleū oliue ⁊ mastix ⁊ armōiacū. Et subdit ꝙ ad vltimū cū ligamētū admistrat ⁊ fractura est recens q̄ nōdum apat: tūc oz ꝙ illud ligamētū sit ex lino. ⁊ sit ifrīdatū repcussiuuz. Et fortasse sufficit ꝙ istud ligamētū sit linitū ex aq̄ ⁊ aceto. Et fortasse admistrat cū ceroto ⁊ silib⁹ de illis que narrauimus. s. supius ꝙ si ligamētū admistrat post apostema: tūc melius est vt sit ex lana que sit ifusa in oleo resoluēte apa ⁊ leniēte ipm. Et subdit ꝙ ꝑm oēz dispōnē in ligamēto supponit cerotū cū securatio a cognitione doloris ⁊ ꝓprie qñ medicus non est pñs. ℂ Deinde cum dicit.

℣ Cum ergo accidit dolor succurrit cum solone ⁊ ligatōe: ⁊ non oz vt admistret ceratum: ⁊ ꝓprie qñ ē illic vlcus: fortasse. n. attrahet ad mēbruz putredinē: ⁊ ponat loco eius vinū nigruz ⁊ plimū qdē fracture associat vlcus: q̄propter opz vt elonget ceratum: ⁊ sit sufficiētia in vino stiptico in quo infusus sit puluillus longus: ⁊ nos quidem ponemus epithymatibus fracture caplm singulare.

℣ Ponit z^m^ cañ. ⁊ dicit sic. ꝙ cū dolor accidit: tūc succurrit cum solone ligamēti: ⁊ ligatōe eius: ⁊ qñ est illic vlcus: non opz vt admistret cerotuz: ⁊ fortasse si cerotum admistrat attrahit ad membr̄ putredinē: ⁊ loco ceroti ponat vinum nigrū. Et subdit ꝙ plimū fracture diuerse associat vlc⁹. q̄propter opz vt cerotū elongeť ab ista fractura: ⁊ admistretur pulullus infusus in vino stiptico. Et nos ponemus vle caplm de epithymatib⁹ iferius. ℂ Deīde cum dicit.

℣ Et cum icepis cum ligamēto a loco ex igente tunc inuolue ipsum inuolutionib⁹ quas addes ꝑm additionē magnitudinis fracture ⁊ partem earū ꝑm diminutionem eius ⁊ ꝑm apa si fuerit apparēs: deinde reduc ipm ad illū locū: deinde vadat vsq̄ ad locū sanū: boc ē ergo ligamētum primū: deide fac pñs ligamētū secūdū ⁊ inuolue ipsum sup fracturā bis aut ter: deinde fac ipsū descēdere ad iferiora mollificādo paulatiz. postea fac esse pñs ligamentū tertiuz: ⁊ fac similr ad supiora: ⁊ tūc facies ligamenta esse paria ad expellendū supfluitates a mēbro ⁊ ad rectificādum ipm sup itentionē in ꝓparatione huius ligamenti: ⁊ non sis supfluus iterū in elongādo stricturam in vtrisq̄ lateribus: qñ fit membrū oppilatarū venarū non suscipiēs nutrimētū: ⁊ fortasse cōtrabitur.

℣ Ponit quartū cañ. ⁊ dicit sic: ꝙ oportet vt addas inuolutionibus ligamēti ꝑm ꝙ fractura est magna. Et opz vt diminuas ꝑm diminutionē fracture. Et dicit ꝙ ꝓmū ligamētum debet ꝓcedere ab vna parte fracture vsq̄ ad locuz sanum: deinde debes admistrare z^m^ ligamentū qō sit inuolutum bis aut ter. Et istud ligamētum debet descēdere ad inferiora ⁊ mollificet paulatim: deinde debes admistrare tertiū ligamētū qō ꝓcedat ad supiora: ⁊ tunc debes facere ligamēta paria vt expellant supfluitates a mēbro. Et ligamenta stent bene situata ⁊ ꝓpata. Et subdit: ꝙ non debēt supfluitates istor̄ mēbror̄ ligamētor̄ supflue stringe ne vene oppilent: ⁊ ad mēbrū non possit venire nutrimētū. ⁊ fortasse membr̄ cōtrabit.

